

putaretur velles occultare. Hac autem omnia manifestò hostes intuebantur, ut nullo modo eos clam esse possent. Noctu vero imperavit, ut milites à stadiis octo seu decem ex profundo quodam specu pulverem adferrent, & pro fauce fossionum conicerent. Multo autem pulvere acervatim excitato interditi, quo muros defendebant, idipsum conspicati, civitatem infernè suffosam esse crediderunt. Is metus eos impulit, ut urbem Philippo dederent. Postea vero cognito dolo, multis lacrymis suam amentiam deploraverunt. *Polyen. lib. 4. Frontinus lib. 2. cap. 8. Triasium Castellum habet.*

Anno Christi 1285. Ægyptii Marmem urbem Phenicum, defendentibus Hospitalariis, obsederunt, oppugnanturque. Armis, aperta que vi capere non poterant, cuniculis suffodere tam vastis specubus, ut tota urbs pensilis esset, ruituraque mox videretur. Cujus rei ignari, clausi muris se tutabantur. Hostis ultro excitavit: ac fide data oppidanorum aliquem prodire, & rem ad suos deferre iussit. Cognito certo periculo urbem dediderunt, pacti, ut emigrarent. *Æmil. lib. 8.*

CAROLUS I. Neapolitanorum rex, astute Matronium arcem munitissimam Pisanis ademit, ac Florentino populo tradidit. Nam cum impeditissimis paludibus circumseptam adiri ad arcis muros penetrare velle. Et ut rei fidem faceret, à locis, quæ effodiebat, ruderata tanquam diruti muri aliunde illuc advecta, ut deductæ ex cuniculis materiam speciem præberent, in tumulto, ut spectari à longè possent, collocabat. Ea re, qui in arcis præsidio erant rudes homines, ignorantibus, quòd paludibus ad arcem appropinquare Carolus prohiberetur, ceu jam eò penetrasset, attoniti, quibus voluit Carolus conditionibus, deditionem fecerunt. *Fulg. l. 7. c. 4.*

RICCIUS impiger dux, cum in agro Sorano, vicoque Albo arcem natura, & manu munitam obsideret: magnam vim lapidum sub ipsius rupem noctu à militibus comportandam curavit. Interditi interstrepenti, festinariusque iussit, æquæ ac magna manus effodiendo cuniculo occupata esset. Idem insequente etiam nocte faciendum curavit. Ubi verò dies alter illuxit, magnis subsillis clamoribus, omnem lapidum vim præcipitari per rupem imperavit: & sic, incussa formidine adversariis, arcem occupavit. *Pontan. lib. 10. cap. 10. de Bellica fortitudine.*

INCENDII.

Rustici Septentrionales in arcibus præcedorum crudelium expugnandis, destituti machinis, hoc utuntur compendio. Fæces vitæ piceæ illitas, betulino cortice intermixto, in struem altam turris instar congerunt, quam Veltam vocant, centum virorum viribus promovendam, sua densitate tormenta omnia sustinentem. Eam vento opportuno ingruente accendunt, & arcibus admovent. Flammarum itaque globi in arcem delati, & ad deditionem hostes cogunt, vel certe misera morte interimunt. *Olaus l. 7. c. 18.*

DESPERATI AUXILII.

Christiani, obsessa Prolemaide, tabellariam columbam à Sultano obsessis missam, spe auxiliorum, interceperunt: & alias literas, quæ urbem dedere juberent, affinxerunt, columbamque dimiserunt. Mox civitas Christianis tradita est. *Sabel. l. 6. c. 6.*

S. DESIDERII oppidum munitissimum Sanferrius Gallus, cum gravissimam oppugnationem diu pertulisset, Ferdinandus Gonzaga Caroli Caesaris polemarcho dedit, falsis decerpis literis Claudii Guisii, quas Granvellius confecerat, & exempto cere sigillo ex veteribus Guisii literis, usque adeò arguta falsarii manu exararat, ut pro veris agnoscerentur. His siquidem literis Guisius Sanferrius respondere fingebatur, tanquam intemptivè ferri sibi opem postulantem, regem gravi de causa alienum esse à cogitatione ferendæ opis: ne sese, & liberos, fortunatæ omnes regni in unius pugne non necessarium discrimen adduceret. Proinde ipsum si urgetur acris, non indecorè facturum, si sese arque præsidium honesta pacatione conservandum existimaret. Quibus literis à Gallo lixa præsentem pecunia corrupto in oppidum delatis, qui eas calceio infusus ad simulandam periculi diligentiam afferbat, & in corona à Sanferrius perlectis, nemo militum fuit, qui à deditione dissentiret. *Sabel. supplem. l. 17. ex Jovio.*

ALFONSUS VASTIUS Caroli V. nomine Montevicum urbem Gallorum subalpinam frustra oppugnans, dolo cepit. Implorabat opem Carolus Drosius præfectus per literas à

Buterio, qui summum rei Gallicæ imperium apud urbem Taurinum obtinebat. Quibus interceptis, Vastius literas Buterio nomine, Gallica conscriptas lingua effingit, quibus genem eamdem sigillum apponit, exemptum ex veteribus literis: ut sibi consuleret, neque opem expectaret, quoniam rex Belgico bello occupatus, supplementa cohortium in Italiam submittenda non poterat. Has literas Vastius resignatas, tanquam ab interceptis, Drosio mittit, hortaturque ut pertinaciam finem faciat, se enim deditionem extemplo facienti ea omnia integra fide, quæ honesta conditione tribui possent, concessurum. Drosius Euterii signum agnoscens, multumque in Vastii hostis clementi ingenio reponens, deditionem fecit. *Sabel. supplem. lib. 27.*

Breda Brabantia non inelegans oppidum, Anno M. DC. XXIV. ab Ambrosio Spinola, gubernante Belgium Infante Hispaniarum Isabella, obsessa, quamvis omni armorum genere, & præsidio robustissimo instructa esset, de anno etiam pro arbitrio obspicuum fuisse, tamen post novem circiter mensium obidionem, cum nulla illius solvendæ spes afflueret, Regibus Gallia, Anglia, Dania, & Svecia, aliisque cæderatis Calviniana sectæ, auxilia sua nequidquam conferentibus, in conspectu hostium, qui ingenti exercitu vix mille passibus aberant, & sua etiam ibi castra diu metati fuerant, die 5. Junii anno M. DC. XXV. victori cessit. Chronicon anni continet inscriptio, quæ ad introitum Gubernatricis in Pegmate quodam lecta fuit, & hodie in Ecclesia collegiata legitur.

PHILIPPUS HISPANIÆ REX  
GVERNANTE ISABELLA CLARA EVGENIA INFANTE  
OBSIDENTE SPINOLA  
QVATERNIS REGIBVS FRVSTRA CONIVRANTIBVS  
BREDA VICTOR POTITVR.

Anno 1585. die 17. Augusti, Antuerpia civitas natura, & opere munitissima, postquam novem mensium obidionem sustinisset, & nulla à vicinis Regibus expectata subsidia supervenirent, fortissimo Principi Alexandro Farnesio deditur à Federata Rebellionis ordinibus, gubernante eam Philippo Mornixio S. Aldegundis Domino, Chronicon hic versus complectitur.

Virgo Legit spicas, an Verpa Vbi CoLLa potentis  
PrinCipis Hispani sVbIICIt IMPERIo.

Ambianum etiam munitissimum, quod astu, & strategemate anno 1597. interceptum fuerat, Henricus IV. Gall. Rex anno eodem numero exercitu obfedit, à Alberto Cardinale Austriæ, & Belgicæ Prorege nequidquam eum retrahere, aut obfessis subvenire laborante. Cum enim XL. gravioribus tormentis confusa antemuralia, & debilitata frequentibus ventilationibus præsidia forent, oppidani spe succurrendi frustrati, urbem victori concesserunt. *Idem ibid.*

Caterum Ostenda Flandriae satis non ignobilis portus, omnium oppidorum verum ostentum, & prodigium extitit. Siquidem à Cardinale Alberto obfessum, ab ordinibus Rebellibus fortiter, & strenue defensum fuit. Donec post triennalem obidionem, cæcis, & consumptis utrimque facile centum, & viginti hominum millibus, prout calculum inierunt peritiores, Ambrosii Spinolæ vigilantia, mensè Septembri anni 1604. & ita tandem aliquando.

ostendit erasit fatalis spinoLa spinoLa.

INIQUÆ CONDITIONIS. FERDINANDUS II. Aragonius, in regnum Neapolitanum, quo ab Catolo IX. Gallia rege erat pulsus, receptus: supra cladem fusi, cæque ad Syllarium annum exercitus, ingenti suspensus cura magnopere timebat, ne ejus acceptæ cladis fama, victorisque simul exercitus adventus, Gallis in Citadella arce Neapolitana obfessis, & jam de deditione verba facientibus, animos adderet. Ob id omnem adeò urgentis metus dissimulationem compositus, quod maxime factu opus erat, Mompensero arcis præfecto eorum rerum penitus ignaro denunciavit, si intra præsentis diei spatium, in eas, quas obtulisset, conditiones, & dedendis arcibus ex æquo pacificeretur, se cuncta, quæ obfignata tabulis promitteret, regia fide præstiturum. Porro si ad extrahebendum tempus impudenter eludendo fallacibus colloquiis uretetur, nullam Gallos postea impetrandæ veniæ facultatem habituros. Obfidiis datis, statuit colloquio locus in Aragonia tritice. Erant suspensi omnium animi expectatione tantæ rei: ipseque ante alios Ferdinandus

dicandus maxime incertæ mentis fluctibus agitabatur, ut qui nec rem maxime spei, festinatione sua impedire, ac conturbare vellet, nec ullam moram animi inquis omnino patere: cum Gallica castra non procul abesse putaret, eorumque fremitum aurius propè percipere videtur. Moræ impatiens, Franciscum Capuanum altitudo ingenium scaphæ impositionem ad suos duces mittit, ut regio nomine Prosperum Colunnam, ac cæteros conuocet, quod se inanis verbi, ac ambagibus distineret, ac longius abduci patere, simulque impetret, nisi Galli intra horæ spatium de deditione pepigerint, tabulique subscriperint, uti eos confestim abire jubent, itaque omnique, vel colloqui, vel pacis in posterum sublata, perpetuò cuncta hostilia, & quæ maxime læva denunciant. Quibus auditis Galli fortunæ suæ profus ignari, cum quique de propria salute solliciti calamitosum diuturnæ obidionis exitum demisso animo formidaret, in has conditiones de dedendis arcibus pepigerunt: ut intra certum diem, arces omnino dedarent: ipseque per id tempus quotidianis cibariis impensio preteriret. Inter hæc tertia decem obfidibus, quos Ferdinandus deligeret, terra ac mari manerent induciæ, ne ullum omnino celum utrinque mitteretur. *Jovius lib. 2. Hisfor.*

VULNERUM.

BELESARIUS Justiniani dux Siciliam subiebat. Panormus, quod munitione, præsidio valido teneretur, difficiliorem habuit expugnationem: ad extremum tamen & ipsa egregio ducis consilio venio in ditionem. Nam classe intra portum inuenta, & muro à parte maris, qui propugnatoribus erat vacuus, oppugnat, eum, jactis anchoris, nave firmasset, sagittariorum ad malorum sagittarum sustulit, qui in altitudine sua urbis propugnacula superabant, unde ex alto hostes sagittis undique icti, atque languidiores, & tumidiores desperatione tendæ urbis effecti, urbem, nulla mora interposita, dederunt. Ita insula brevi in potestatem Justiniani concessit. *Sigon. lib. 17. Imp. occid.*

DAMNI, LESIONIS SUORUM. CAROLUS MAGNUS Budam veterem, quam Scambriam prius appellabant, ubi erat aula Chabæ regis Hungarorum, oppugnans à Danubio navibus, ab altera parte aciem instruxit ex Hungaris jam captis. Cum autem oppidani in suos venerent tela mittere: Franci propius ad muros accedentes, & confidentes urbem cepere. Chabas in vincula conjectus, sibi mortem conscivit. *Regino libro 2. Bonfin. libro 9. Decadis prima.*

SCRIPTORES.

Scriptor de urbium situ, forma, & aliis huc facientibus *Franc. Patricius Tom. 2. de Regis, in Regni institutione.* Evulgarit verò Icones civitatum præcipuarum orbis Terrarum *Gregorius Braun. in Franciscus Hogenbergius: sex Tomis additis earundem descriptionibus satis propriis, ac genuinis.* In quo tam excellenti aliis opere id desideratur, ut quælibet civitas aliis ejusdem Provinciæ eodem libro conjungatur: eum nunc promissæ & in consilio dispositis, nihil certi habeat, sique præter utilitatem, & voluptatem divagandum per omnes libros: aut saltem omnium indices lustrandi, ut qui diversarum urbium, absque ordine, aut scopo ullo, delineationem, & descriptionem contineant, utramque alioquin satis accuratam, & exactam.

Urinatores.

Vide Locum de Nativitate.

Urna.

Quare in Loco de Cadaveribus.

Urfi.

UBI. Vide Loca Materialiter considerata.

Usucapio.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Usucapio est acquisitio Domini per continuationem temporis lege definita, ita habetur *lib. 3. de usucap. Accipitur aliquando pro ipsa acquisitione formali domini: cum nemo dicatur rem usucapisse, nisi jam dominum acquisiverit.* *L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.*

Dicitur autem usucapio, quod per usum aliquod capiat, & auferat. Scribitque *Gellius lib. 7. veteres usucapionem duplicatis ex integro vocabulis pronuntiavit. Horatius lib. 2. Epist.*

Quædam, si credis consultis, mancipat usus, & Papinianus l. denique ex quibus, ea, ma. per usum acquirere dixit, pro usucapere. Distinguit autem Jurisconsulti usucapionem à Præscriptione, quod hæc fit immobilium, illa mobilium, at non fundatur ea distinctio in jure, cum etiam usucapiantur mobilia, & præscribantur mobilia. Unde melius pro Synonymis habentur.

ORIGO.

Usucapionis originem alius repetenti, inquit *F. Balduinus in IPOΘEOPIA ad Tit. VI. Instit. de usucapionibus* & venit in mentem, quod olim præcis illis Romanorum temporibus, qui agrum passus fuisse forsederet, aut fœcioria sterilescere, notabatur infamia à censoribus, fiebatque ætarius.

Sed & magnus ille rex apud Xenophontem Cyrus, si quando in regionem bene cultam venisset, fœciorum hominum industriam laudare; quibus etiam agros plures ad colendum dabat. Contrà verò, si neglectam, vel incultam offendisset, graviter damnabat, mulctabatque. Adeo visum est Reipubl. interesse, ut sedulo agri colerentur.

Verum si id impetrare aliquis velit, primum necesse est, ut certa sint dominia rerum: nec è litibus pendant incerta possessiones. Quis enim aliquid volet agrum ferio colere, si fuerit semper integrum veterem turbare colonum, vel infestas ab alio pirus, positæque ordine vites post multa sæcula decerpere.

*Thucydides l. 1.* testatur olim Græciam male excultam fuisse, quod essent incerta rerum dominia, & potentium injuriis obnoxia: ubi, inquit, hæc sunt verba, *ἀπὸ τοῦ τῶν κτηνῶν κτήματα* (x. ἀπὸ τῶν κτηνῶν κτήματα) ἀπὸ τῶν κτηνῶν κτήματα.

Reck itaque prudentes Romani judicaverunt tuendam auctoritatem usucapionis: quam ait *Cajus l. 1. de usucap. bono publico* introductam, ne quardam rerum diu, & ferè perpetua incerta dominia essent: utque aliquis litium finis esset, quemadmodum inquit *Nervius l. ult. D. pro suo.*

*Baldus supra* historiam narrat, quæ ex Cicrone huic proposito accommodat. Cùm, inquit, Aratus Sicyonem patriam suam per quinquaginta jam annos à tyrannico oppressam liberasset, occiso tyranno Nicocle: ac sexcentos exules qui fuerant ejus civitatis locupletissimi, injuria expulsi restituisse, animadvergens magnam in bonis, & possessionibus difficultatem, quod & iniquum arbitretur, eos, quos restituerat, quorumque bona alii possidebant, agere: & rursum quinquaginta annorum possessiones movere non nimis æquum putaret; propterea quod tam longo spatio multa hereditaria, multa emptionibus, multa doriis tenebantur sine injuria: graviter judicavit, neque illis admitti, neque his non satisfieri, quorum illa fuerant, oportere. Itaque Alexandriam profectus, à Ptolomeo grande accepit pecuniam: cujus subsidio profectus, ut nec temerè aliquid in Repub. moveret, & restituti Domini mallent numerari sibi, quòd tanti esset, quam suam recuperare. Qua ratione fine cunctarum injuria curavit, ne diuturnæ rerum possessiones novarentur: quod intelligebat fieri non posse sine magno Reip. malo.

Hæc sunt gravissima usucapionis causæ, & civilis auctoritatis, quæ possessorem facit Dominum, & hinc *Flaccus supra.*

Quædam, si credis consultis, mancipat usus.

USITATUM JUS

Usucapionis. APUD ROMANOS.

In jure civili, ait Justinianus, antiquo videlicet, constitutum fuerat, ut qui bona fide ad eo, qui Dominus non erat, eum crederet, cum Dominum esse, rem emerit, vel ex donatione, aliave quavis justa causa accepit, is eam rem, si mobilis erat, anno ubique: si immobilis, biennio tantum in Italico solo usucaperet, ne rerum dominia in incerto essent. Unde *Cicero* pro Cæcina, *Lex*, inquit, jubet usum, & auctoritatem fundi, esse biennium, quod *idem in Topicis* ad ædes trahit, argumento à pari.

Meminit, & hujus biennii *Plin. lib. 5. epist.* Extat de hac lex *ix. Decemviralis*: Usus, & auctoritas fundi, biennium esto. Cæterarum usum annuus esto. Usucapionibus enim jure civili transferri posse, ubi à non Domino tradita res est, Decemviri intellexerunt, & quæ de usucapionibus legem in Repub. necessariam esse videbant, nequaquam in suis tabulis eam prætermisserunt.

APUD GRÆCOS. Ufucapionibus quomodo Græci Uterentur, non satis fecerunt habere, idem Baldus in 9. leg. Decemviralem scribit. Ufos tamen fuisse, nec ad privatas modò, sed & publicas possessiones confirmandas: & longi temporis præscriptionem omnes receperunt.

Certe Plato lib. 12. de legib. non obscure significat, nequamquam is ignotam ufucapionem fuisse. Si quis re aliqua mobili, in urbe, palam & publicè anno uno ufus fit: tum ejus Dominum fieri statuit. Si in urbe clàm, & domi tantum fit ufus triennii ufum requirit. Si in agris palam, quinquennium: si occultè, decennium. Si verò in alia quapiam exera regione, aut provincia, nullius temporis præscriptionem admittit, sic enim tum ait, unde qui av. dicitur apud quosdam dicitur. Hæc confinxit Platonem ad imitationem Athenienfium, fufpicari licet, ficuti & complurium ab is legum fuarum exemplum fumpfit: quamvis Solonis lex de ufucapione vix aliqua certò hic proferri poffit.

Conditio ad Ufucapionem requifitæ videantur in loco de Præfcriptione.

Ufura.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Ufura in fuo generali idem valet, quòd ufus. Unde Latine dicitur habere ufuram hujus lucis, temporis, &c. & accipitur largè pro quovis lucro, five incremento, quòd quis accipit ex ufu cujuslibet rei. Propriè tamen, & ftrictè prout in culpis ponitur, efl lucrum ufurarium immediate proveniens ex vi mutui. Lucrum dicitur acquisitionem rei pecunia ælimabilis fupra fortem, & aliàs indebita. Debet autem provenire ex vi pacti mutuationis, ficut mutuator intendit mutuatarium ita obligare obligatione juftitiæ, qualis in pactis folet intervenire. Sors autem efl ipfa res, quæ mutuo præftatur. Mutuatarius verò vocatur à DD. is, cui aliquid fuit mutuatium.

Definit ufuram Alphonfus à Neapoli q. 1. Tract. de ufur. numero 42. efl pretium ufus rei mutuatæ principaliter fperatum, feu intentum. Cui conforat Durandus in 3. sent. dift. 37. in corp. qui dicit, pretium ufus rei mutuatæ ufuram appellari. Dicitur autem mutuum, quòd ex meo fiat tuum, & definitur efl traditio rei, numero, pondere, vel mefura conftantis, facta eo animo, ut ftatim fiat accipientis, cum obligatione, ut fimilis fpecie, & bonitate reftituitur. Colligitur ex infl. Tit. Quibus modis, de verb. oblig. & S. Si certum l. 2.

Ufuram Græci vocant κίον από το άίονο, parturio, quafi partium: quia cum pecunia fit natura fua maxime ftérilis, commutationibus enim caufa inventam Aristoteles feribit libro 1. Ethic. capite 7. præter naturam ejus efl, ut pariat, & fecunda fiat, quòd tamen contingit in manu, & mente cupidorum hominum. Unde & Latinalia voce ufuram fignus appellant, quafi fegum, id efl, partum, quia nummus nummum velut pariat, fegumque protrudat. Vide pulchra apud Ambrof. libro de Tobia cap. 12. & 13. Hebraicè ufura dicitur נשכ נשכעב, id efl, morfus, eflque nomen verbale. Hinc ubi nos legimus Dent. 23. Non fenerabis fratri tuo ad ufuram; alii legunt, non inferes morfum fratri tuo. Vocatur autem hoc nomine fecundum Bald. in conf. lib. 3. conf. 44. quia ufura devoret paulatim omnem fubftantiam, fitque Ufurarius fimilis vermiculo ligni, qui ad tactum lenis apparet, fed dentes ita duros habet, ut omne lignum pervadat, & penetret. Ita inquit ille, ufura vermis efl, patrimonium rodens ejus, qui fub ufuris ab eo mutuat pecuniam, aut quid aliud. Per Nifcech autem Hebræi potiffimum intelligunt morfum caninum. Cum ergo nemo vellet cenferi canis famelicus, qui mordendo alios pafceret feipfum; Hinc ad probri effugium, ufuram Tarbit, id efl, incrementum, honeftiore titulo nuncuparunt. Chryfoftomus eam cenferi morfui apfidis fuper Matthæum. Ita enim feribit capite 5.

Similis efl pecunia ufurarii morfui apfidis. Percuffus enim ab afpide quafi delectatus vadit in fomnum, & per fuavitatem foporis moritur, quia tunc venenum latenter per omnia membra decurrit. Sic qui ufuram accipit fub tempore, quafi beneficium fentit, fed ufura per omnes fuas facultates decurrit, & totum convertit in debitum.

A Chaldaïs ufura vocatur Chabulia, id efl, perditio, quòd omnes perdat, & devoret. Hinc Hebraum Nefech alludere voluit ad Nachas per Metathefin, quòd ferpentem fignificat. Lucianus voracem vocat ufuram.

avidumque in tempore fœnus. Et Alphonfus Edil. 15. — fi turpia luera Fenerit, & velox inopes ufura trucidat?

USURÆ, ET USURARIORUM DETESTATIO, MALITIA, ET QUANTUM VETITÆ?

Ufuræ nomen etiam in bonis accipi fatis conftat, cum fine plures jufti tituli, five rei, five laboris, five induftriæ, ex quibus etiam jufta compenfatio exigi poteft, quo fenfu illud S. Ambrofii accipitur ex lib. de Tobia cap. 15. Ab illo exige ufuram, cui meritò nocere defideras. Cæterum ufus obtinuit, ut hæc voce fignificetur injuftum lucrum vi mutui perceptum. Et talis quidem ufura omnino efl illicita, ac deteftabilis, ut defignavit Clemens P. In Concilio Viennenfi. Sic ut nec moderatæ quidem, quas Carolus Molinæus permittit, & abfque culpa præter alios errores in reb. fidei, cenfet, liceant non magis, quàm moderata furtæ.

LEGENTURALI VETITÆ.

Igitur ufura vetatur in primis Lege naturali, fic ut non malè dixerit Cato Cenforius, rogatus quid efl fœnerari? Quid inquit hominem occidere? & Auguftin. ad Macedonium feribit, trucidari pauperem fœnerare. Epiff. 54. Efl namque ufura contra juftitiam commutativam non minus, iniqua, quàm fi in numero, pondere, & mefura fallas. Deinde legis natura efl, ut ftérile non fructificet: pecuniam autem de fe ftérilem fupra indicavimus: & ut fecunda reddatur quatenus fubefit induftria alienæ, non poteft tamen fructificare mutuantem, eum id, quòd mutuat, jam tranferit in Dominium tertii videlicet mutuatarii. Unde fuper ufura ut tali, nullius pietatis intuitu difpenfari poteft. Cap. fuper eo de Ufuris.

LEGE VET. TESTAMENTI.

Quò fit, ut nunquam Deus concefferit Judæis mutare fub G ufura etiam alienis, puta Idumais, ac aliis Gentibus: fed folium impune permiferit. Impune inquit Malderus Tract. 5. capite 3. dub. 3. in libro de juftit. & Relig. quòd noluerit illud crimen per Judicem puniri, nifi dicitur permissum veteribus Dent. 32. ab alienis ufuras exigere, eò quòd iflorum bona jam Deus illos deftinaverat: fic ut iuxta S. Ambrof. merito defideraverint iis nocere in temporalibus bonis, ad quæ ex Dei difpofitione jus habebant. Igitur prohibetur ufura jure divino pofitivo veteris legis. Dent. 15. Si unus de fratribus tuis ad pauperem venerit, non obdurabis cor tuum, nec contrahas manum, & dabis mutuum, quò cum indigere perpexeris, & iterum cap. 32. Non fœnerabis fratri tuo ad ufuram, pecuniam, nec fruges, nec ullam rem, & cap. 28. Fœnerabis gentibus multis, & ipfe à nullo fœnus accipies, quamvis in hoc loco, Fœnerare accipiendum fit pro mutare fimpliciter, ut ex Hebræo offendit Fanfenius.

EVANGELICA.

Vetatur etiam ufura jure divino pofitivo Evangelicæ Luc. cap. 6. Ubi Chriftus poftquam ad beneficiendum proximi fuos eflit cohortatus, prohibet, ne quid ex mutuo præftitum ultra fortem expendet, omnemque fpeciem cujusvis emolumentum ex mutuo obtinendi, quò illiberalis redderetur mutuatione, difsuadet, qualis fpecie fuerit, fi idcirco mutuet, ut viciffim tibi mutuetur, aut alia beneficia præftentur. Sic autem dicit: Benefacite, & mutuum date, nihil inde fperantes, & erit merces veftra multa.

CANONICO JURE.

Deinde jure Canonico univerfium ufuræ prohibentur. Vi. de 14. q. 3. & 4. & in titulis de ufuris in 5. Decret. & in 6. mult. 47. dift. 4. item cap. Quoniam. SS. Patres denique eandem quantum poffunt execratur, & difsuadent. Ambrosius lib. de Tobia, multa adferit in deteftationem hujus vitii, ac inter alia, ufuram ab ufu dictam arbitratur, quòd ut velles ufu, ita & ufuris patrimonium fcindantur, & iterum.

Cur in fraudem convertis naturæ induftriam? cur affectas inopiam, cur optari facis pauperibus ftérilitatem, fies publicam fertilitatem? explorans, quando ftérilitor proventus. Hanc vocat induftriam, quæ efl calliditatis verfitas, fraudis aftutia. Et

Et quòd tu remedium vocas, efl commentum nequitias. Latrocinium autem fœnus appellent. Capientur tanquam latrocinia tempora, quibus in vitæa hominum durus infidiator obrepas. Cui condita frugis multiplicatur ufura? quid imprecaris mala omnibus lucrum tuum damnum publicum. Ambrof. lib. 3. de Offic.

Penitæ refugientes præcepta legis, cum dederint pecuniam negotiatoribus non in pecunia ufuras exigunt, fed de mercibus eorum tanquam ufuratum emolumenta percipiunt. Ideò audiunt, quid lex dicat. Neque, inquit, ufuram efcaram accipies, neque omnium rerum. Item: Eifca ufura efl, & veftis ufura efl, & quodcumque accedit forti, ufura, & quòd velis nomen eam imponas, ufura efl. Item: fi quis inftaurandum convivium putet, ad negotiatorem mittit, ut abftinthiaci cupellam deferat fibi gratis: ad cauponem dirigit, ut piceum vinum, aut Tyriacum requirat, ad lanium ut hilam fibi procuret: ad alium, ut fibi poma adornet. Ambrof. & bab. 4. q. 3. Plerique.

SS. CONCILIORUM DECRETIS.

In facrofantis Conciliis extant & prohibitiones, & pœna in concilio Apoftolorum in canon. cap. 44. fecundum editionem D. Clementis: Epifcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, qui ufuras à mutuo accipientibus capit, aut definitor, aut deponitor, & Pbotus q. 9. Non canonis cap. 27. & ibi Balamon. ita Interpretatur, quafi non liceat Epifcopus ufuras petere ex pacto, fed ex mora, aut tanquam interefse.

Idem prohibetur in Concilio Niceno 1. cap. 17. relata, in cap. 8. quoniam mutuar. 14. quæft. 4. ubi & ufurarius deicitur à Clero, & ftalienus à gradu Ecclefiaftico. In Elbertino quoque cap. 20. cujus verba in cap. 5. fi quis Clericorum c. 47. dift. 8. Si quis Clericorum detectus fuerit ufuras accipere, placet degradari, & abftinere (à Sacramentis) quoque pœnitent.

In Concilio Arelatenfi 1. cap. 12. Miniftri, qui fœnerantur, placitum juxta formam divinitus datam, eos à communione abftinere, referunt à Gratiano cap. 2. Miniftri 14. q. 4.

In capitulis Martini Papæ Braccarenfis Concil. c. 62. unde fumptus cap. 4. Si quis oblitus timorem Dei, 14. q. 4. prohibet, & Clericus ufurarius de gradu deicitur, & fit alienus à Clero. In Concilio Carthaginenfi 3. cap. 16. Nullus Clericorum amplius recipiat, quam cuique accommodaverit: fi pecuniam, accipiat: fpeciem eandem, quantum dederit, accipiat. Referunt cap. nullus 14. quæft. 4.

In Concilio Turonenfi item fub Alexandro 3. capite primo de Ufuris.

In Concilio Lateranenfi 3. fub Alexandro 3. habito cap. 25. referuntur & ibi pœna, etiam in communitates, & Collegia.

In Concilio generali Lugdunenfi, fub Gregorio 10. dec. 1. de Ufuris in 6. item prohibet Collegiis, & communitatibus.

In Concilio Viennenfi idipfum fub Clemente 5. in Clem. 1. de Ufuris, lib. 5. Cle. tit. 5. idque ibi in 5. fin. fingulariter ftatuatur, ut fi quis in illum errorem incidit, ut pertinaciter affirmare præftum, exercere ufuras, non efl peccatum, puniatur ut Hæreticus. & procedatur per inquisitionem tanquam contra fufpectos de hærefi.

JURE CIVILI, ET MORIBUS GENTIUM.

Legibus infuper civilibus, & Principum vetantur ufuræ, vel certe reprobandur.

D Lex Platonis de legibus: Neminè liceat fœnerari, & fi quis ufuram accipere, nec fortem, neque ufuras reddere cogatur.

Lælius Gemitus tribunus plebis rogationem tulit ad populum, ne fœnerari liceret. Livius in 7.

Tacitus de moribus Germanorum; Fœnus, inquit, agitare, & in ufuras extendere ignotum (fcilicet Germani tunc) ideòque magis fervatur, quàm fi vetitum efllet.

De reprobandone earum agit Liv. lib. 7. & 8. quando agit de Luc. Papyrio fœneratore.

Prohibuerunt & in Gallia ufuras, Philippus Palcher anno 1311. & anno 312. & Ludovicus XII. ut liquet ex eorum conftitutionibus, & modum pœmiffis impoferunt.

Fuit & infigne decretum Senatus Parifienfis publicatum 1. Augufti 1565. quò vetitum fuit fœnerare mutare, quòd dicitur, à l'interet, quocumque etiam negotiationis colore, fub pœna confiscationis corporum, & bonorum. Atque juftum L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.

omnibus, qui tales noflent ufurarios, qui per fe vel per interpositas perfonas fœnus exerceret, eos revellat & deferre fub pœna centum librarum Parifienfium, quos etiam edicti pœna fapè ad ipfos proxenetes fœneratorum protogata efl.

Iuftit D. Ludovicus, per conftitutionem anni 1254. Judæis cellare ab ufuris, à blafphemis, fortilegiis, & charactibus, renovavit prohibitiones, & pœnas.

Firmavit Henricus III. anno 1570. mense Augufti & 6. Octobris 1576. & eodem anno mense Novembri, & 12. Mart. 1577. & ftatuit commiffarios, feu judices delegatos pro inquisitione, & punitione ufurarium; & ut antea Carolus VI. anno 1514. & Carolus IX. die 20. Januarii anno 1567.

Conftitutiones imperii extant de ufurariis contractibus, editæ in comitiis Auguftanis anno 1500. & poftcæ ann. 1539. & anno 1548. promulgatæ, contractus ufurarios reproband, mandantque judicibus omnibus, ne fuper talibus contractibus judicent, aut executionem faciant, immò ipfum ufurarium amiffione quartæ partis fortis multent; & Notarium confcientem hujufmodi inftrumenta ufuraria, ut perjurum infamia nota damnant, & officio exuunt. Hæc Pet. Gregor. Tolofanus lib. 2. cap. 3. n. 2. de Ufuris, qui addit, moribus omnium gentium, & bene inftitutorum rerum publicarum prohibitas, vel exofas ufuras fuisse.

Reiciunt Indi, teste Elian. 4. de var. bif. cap. 1. Germanis, ut Indis, olim fœnus ignotum. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 7.

Lycurgus à tota Sparta fœnus, & ufuras expulit. Prifci Romani fœneratorem quadrupli, ut fœrum manifestum, damnabant. Cato in principio lib. 1. de re rusticæ.

Et Lælius Genutius tribunus plebis rogationem etiam ad populum tulit, ne fœnerari liceret. Livius in 7.

USURÆ DIVISIONES.

Recepta efl divifio ufuræ in Mentalem, & Realem. Quando fine pacto accipitur lucrum ex mutuo, etiam ad extra ternus conjunctus fit, dicitur ufura mentalis, non quòd actus merè mentalis fit (quomodo voluntas ufuraria efl ufura mentalis) fed quòd in exteriori acceptatione ufura mentalis fit. Quando autem intentio ipfam exteriorem in pactum deducitur, efl ufura realis.

Altera ufuræ divifio efl, in apertam, & palliatam. Aperta duo requirit, ut & mutuum formale fit, & propter ipfum lucrum accipiatur apertè, fine ullo alio prætextu. Palliata autem efl, quando vel metuum, ratione cujus lucrum accipitur, non efl nifi virtuale; vel fi mutuum formale fit, prætextu illud, ratione cujus lucrum accipitur, putat interefse.

Denique dividitur in manifestam, & non manifestam, five publicam, & occultam. Manifesta alia efl, quæ facta, alia quæ jure manifesta efl. Sed de his vide, quæ infra dicentur. Tit. de pœnis Ufurariorum.

Ufuræ apud veteres reperiantur Cenfuræ, quæ & Nauticæ vocabantur, ita dictæ quòd centum nummi pariant Sorti fingulos nummos menftruos. Plutarcb. in Lucullo Exorator vocat.

Erant & Ufuræ Semiffes, in quibus v. g. millenarius pariebat sexagenarium, centesimus sextum affem.

In Græcia Menftrua ufuræ fuerunt. Efebins apud Ctefiphontem drachmas menftruas in fingulas minas pendi ait, & meminit Cicero lib. 6. ad Attic.

Erant & Unciariæ ufuræ, in quibus centenarius pariebat fingulos. L. Titum D. de adminif. tutor.

Vide de plevis fupradictarum Titulum proximum. H USURARIORUM MORES, ET MORSUS.

S. AMBR. improbitatem criminis ufuræ non folùm ex natura, & proprietate ejufdem confiderat, fed etiam ex moribus, & indole eorum, qui illud exercent. Nihil, inquit, nequius fœneratoribus, qui luera fua dama aliena arbitrantur, occupantur hæredes novos, adolefcuntulos divites explorant per fuos, adjuvant domesticas eorum cognoscere neceffitates. Si quam caufam invenierint, acculant veterandiam, pudorem arguunt, quòd non ante de fe fperatum, atque præftitum. Si verò nullos laqueos alicujus neceffitudinis oftenderint, intextunt tabulas, ajunt nobile prædium eflle venale, amplam domum, accumulunt proventus fructuum, annuos redditus exaggerant, hortantur, ut coamant. Similiter faciunt, pretiofas veftes, & monilia nobilia prædicantes. Neganti habere fe pecuniam XXX 3 ingerunt

ingerunt suam, dicentes: Utere ut tua: de fructibus emptæ possessionis pretium multiplicabis, debitum reddes. Præterea alienos fundos adolescenti, ut cum suis exspolient, tendunt retia. Simul ut indagine cincta septa fuerit ingressus, cogunt eum in tertia cautionum, laqueos ufurarum, petunt, sibi obligari avitum prætorium, paternum sepulchrum, præstitur dies solutionis, dissimulatur conventio, quando potest solutio sustineri: ubi satis securum reddiderint, repente ingruunt, & instant vehementius, causanti incumbunt dicentes: Tu possides tua prædia, nos nostram pecuniam non habemus, aurum dedimus, lignum tenemus: tibi fructuum emolumenta procedunt, nobis nihil accedit pecuniam. Otiosa causatio est, saltem renovatur Chirographum.

Hic eleganter sonant, quod habet *Livius lib. 1. Decad. 1. de Viro quodam*, qui se prolicens pannofus, proluxaque barba, & capillio squalidus ad implorandam Quiritum fidem agebat, ac alienum fecisse, idque cumulatam ufuris: primo se agro paterno, aviticoque exiisse: deinde fortunis aliis: postremo velut tabem pervenisse ad corpus, ductum se a creditore non in servitium, sed in ergastulum, & carnicinam.

Recitat etiam miserandum exemplum *S. Ambrosii. suprad. 8. Vidi ego*, inquit, miserabile spectaculum, Liberos pro paterno debito in auctionem deduci, & teneri calamitatis hæredes, qui non essent participes successione, & hoc tam immane flagitium non erubescere creditorem. Instat, urget, addicit. Mea, inquit, nutriti pecunia, pro alimonia servitium recognoscant, pro sumptu licitationem subeant, ageretur hasta de pretis singulorum, non immerito ad auctionem pervenitur, ubi fors poscitur. Hæc est feneratoris humanitas, hæc debitoris stultitia, ut filius, quibus non reliquit pecuniam, libertatem auferat, pro testamenti Chirographum dimittat, pro emolumento hæreditatis, syngrapham obligationis.

QUINTUS T. MANLIUS Centurionem nobilem militibus factis a feneratori ad carceres ductum eripuit, plebe ad seditionem commota. Jamque eò crudelitas devenerat, & feneratori libere apud Romanos, ut eum mutuarium non haberent, unde folverent, fama, & corpore ad iudicium creditoribus satisfacerent.

Aianos quoque tanta feneratorum improbitate vexatos constat, ut filios, filiasque virgines privatim vendere cogenerent. *Plut. in Lucullo.*

Et tempore Constantini Magni leguntur quidam exercuisse ufuras tam improbas, ut hemiolias, & sesquicentimas reciperent: qui abusus condemnatus fuit in celeberrima Synodo Nicæna circa annum Christi 324. ut habetur cap. Quamquam 47.

D. autem Thomas exponens Hemiolias, & sesquicentimas, dicit esse ufuras, quæ dimidium sortis pariunt in anno, fortique biennio æquantur. Et nunc, ait *Navar. comm. de Ufur. num. 14.* permittuntur ufuræ saltem palliatæ, tam grandes, ut interdum fors pariat 10. & amplius pro centum ab unis mundinis ad alias (quæ tamen tres, ac quatuor in anno occurrunt,) & ita 100. pariunt 30. 40. & amplius in anno, & tamen vacant omni periculo, laboribus & sumptu, siveque cautionibus, & pignoris tui, ac securi de sorte non alienata.

Eum morem Lugdunensibus familiarem testatur *Moderus Parisiensis Tract. de Ufur. contra lib. q. 24. n. 506.*

Plena denique exemplorum sunt omnia, e quibus universas civium copias, & facultates, paucorum hominum quæstionem. Videmus siquidem illos, qui feneratori exercitia obtemperant, cum de sorte sua securi per pignora præstita reddantur, isque insuper de intersurfo per ea ipsa sit cautum, brevi tempore opulentos evadere, & audere ea, quæ Principes, ac primarii Reip. æris inopia plerumque laborantes, ac non tam facile illud congruentes, nunquam aunderent, & habitum, convivium, ac re familiari supra modum splendidos existere, unde consulto eos suis legibus coercendos Principes censuerunt.

Anno Domini 1180. Judæi, qui per Franciam morabantur, ingenti adeo fensore cives obrutos sibi habebant: ut eorum præditi ditati dimidiam ferè civitatem vindicarent: alios in custodia penes se servarent: plerofque fortunam omnibus dissolvendi debita causa spoliatos, mendicis non dissimiles efficerent. Domi præterea ex Christianis familiam continebant, quorum quotidianis servitiis rem suam augebant. Et cum pignoris loco, vestes, & sacrosanctæ Ecclesiæ vasa a creditoribus suscepissent, ea in sordidos usus admovebant. His Judæorum

iniquitatibus cognitis, Bernardum Anachoretam, qui in saltu Vincennarum incolebat, hominem sanctitatis opinione clarum, adiit Rex Philippus Augustus, qui tunc temporis regnum administrabat. Rogat, quæ de Judæis ejus esset sententia. Bernardus optimum factu esse respondit, si debita acquirere, quibus Christiani erga Judæos obstricti tenebantur, Rex remitteret, quinta omnium debitorum ad fîdem, si voluerit, attributa. Anachoretæ sententia Rex confirmata, præditi, possessionibusque Judæos mulctat, edicto ab divi Joannis Baptiste termino absciderent. Neque dimoveri Rex potuit, quamquam multi ex primoribus hanc severitatem moderari tentassent, Judæorum muneribus illecti. Itaque cum precibus locus non pateret, dicitque ad discessum dictus adveniret, Judæi distractis suis rebus omnes abierunt, præter paucos, qui religionem Christi profiteri voluerunt. Quibus lavacri Sacramento ablatis, Philippus fortunam, & libertatem restituit, anno Christianæ redemptionis 1182. *Robert. Guogn. de Franc. Regum gestis, lib. 6. an. Dom. 1180.*

ALFONSUS, Feneratoris utpote labores mortuum depascens, harypas vocare solitus erat. Quemadmodum enim Virgiliana illa Harpyiæ rapta vivebant, sic hodie feneratoris ex pauperum laboribus magnus pro nefas opes referunt sibi, & suis. *Panorm. lib. 4.*

Idem Justitia, & æquitas amator ardentissimus, audiens illicito lucro hominum insidias a feneratoribus strui: Fenus nihil aliud sibi quam animæ funis videri dixit. Damnavit autem universam feneratorum rationem, quæ plane est contra naturæ regulam, cum ex nihilo nihil gignatur. *Idem lib. 3. de Alphon. rer. gestis.*

Quid nostro fere tempore sub quodam religiosissimo Abbate in Villariensi Monasterio in Brabantia contigerit, audiamus, *Scribit Thom. Cantip. lib. 2. de univers. cap. 26. p. 5.* Maxima summa pecunia, librarum fortè mille fexcentarum, mortuo quodam ufurario Namurci, in dictum Monasterium est delata. Ex qua cum multa possessio emptæ esset, quidam vir arctæ conscientie Monasterii Abbas est electus, qui ubi comperit factum, condoluit: & venditis ovibus, atque pecudibus, rebusque mobilibus, pecuniam Namurcum remisit, ut spoliatis singulis redderetur: nemine autem affumere volente restitutionis negotia, pecunia iterum ad Monasterium delata. Pius ergo Abbas reportantibus indignatus iussit tam iterato referri, & in foro coram civibus, & omni plebe deponi, dicens: Pecuniam, qui velit, accipiat: nostram esse renuo, quam iniuste acquisitam non dubito. Quod ubi viderunt cives, adificati non modicum in hoc factò, communi consilio, per manus fidelium virotum pecuniam ipsam iniuriatis singulis redderunt. Monasterio autem Deus non multò post in decuplo plura restituit.

\*ETHNICORUM CENSURA DAMNANTUR USURÆ.

Philosophi veteres ufuram, quasi rationi naturali repugnantem damnarunt: nam manifestè injustum est, ut rei non fructifera, puta pecuniæ, exigatur fructus, idque cum proximi, præsertim pauperis, gravi damno.

Romani 12. tabularum caverunt, ne quis plus unciario fensore fenerator: mox tributaria rogatione ad sennciam fenus redactum est, statim ad semissem, postea ad tricensim: demum L. Gemutius tribunus plebis tulit ad populum, ne omnino fenerator liceret: paulatim iterum fenus succrescentes Cæsar succidit.

Laudati sunt Lucullus, quod Asiam, Cato, quod Siciliam fensore liberasset.

THALES assidue in ore habuisse fertur, Noli ditari nequiter. Quo admonuit, ut si turpi lucro ubique abstineamus, ne gravetur proximus. *Laert. lib. 1. cap. 9.*

ANACHARISIS aëbat, forum esse locum mutuis hominum fraudibus, ac rapinis destinatum. Notans morem videntium feneratorum, qui per fas nefasque plebem exilant, numisque exhauriunt. *Laert. lib. 1. cap. 9.*

ANTIPHANES dicere solebat: Usuram, quæsumque illicitum habere debet delicias, longam autem calamitatem. *Stoph. AGESILAUS* cum Agidi peritussisset, ut debitorum, feneratorumque nomina, tabulæque una comburerentur, adportatæ sunt in forum Clarium, ac coactæ vase supposito ignis, dum concremarentur, abentibus ergo feneratoribus, ac divitibus cum tristitia, Agesiæus illorum calamitates irridens, Nunquam se ignem puriorem vidisse jactabat. *Plut. in Lac. Apophth.*

RUTILIUS

RUTILIUS, cum aliquando Romæ adisset Musonium, rogavit: Dic mihi, Musoni, Jupiter Servator, quem tu imitaris, num fenerator: Notans illius inopiam, qui cogere intercedum accipere mutuum. Ad hoc aridens Musonius: At ne fenerator quidem Rutilii. Turpius est ad fenus dare, quàm accipere. At Rutilius, cum ipse faceret, quod gravius est, objecit illi quod erat levius. *Erasm. lib. 6. Apophth.*

Ex Catoe Censorio cum quispiam percontaretur, Quid in re domesticæ maxime expediret? respondit: Bene pascere, bene vestire, & bene agrum colere, & illi, qui quæsierat: Quid feneratori? Cato, Quid hominem (inquit) occidere? Non minus iugiter feneratorum peccare censuit, quàm homicidam. *Cic. lib. 2. Offic.*

\*USURÆ QUÆ ALIQUANDO LICITÆ.

Quamvis aliquando Jure civili permittæ reperiantur moderate ufuræ, propter summam necessitatem Republicæ, & indigentiam aris alieni: non tamen tanquam licitæ, aut laude dignæ admittæ unquam. Esto, quod legitima nonnunquam appellatur, & ad eas actio datur. *l. curabit Trases C. de action. B. empti. Titul. ff. de ufuris*, cum dici possint appellari legitime, quod earum moderatio per legem Reipub. statuta sit, & sub ea tantum permittatur. Quo etiam fit, ut eas exercentes, sub tutela Principum sint, vel Reipublicæ, & ad easdem sub Chirographo mutuarium promissas illis actio concedatur, quamvis non per hoc ab obligatione restitutionis in conscientia liberentur, qui eas recipiunt, aut illis cooperantur.

Summa usura licita tempore Justiniani, erat centesima, id est, per quàm centesima pars sortis singulis Kalendis pendebatur, ut patet *Leos. C. de ufuris* eaque tantum concedebatur in trajecitibus pecuniis, quarum periculum penes mutuante manebat.

Mercatoribus aliàs licebat solum exigere bessem centesimam, id est, octo in centum. Illustrius vero personis solum concedebatur tertiam pars centesimæ, id est, quatuor in centum: communis vero usura erat dimidia centesimæ, id est, sex in centum: anatoicis minus, sive usura usurarum nunquam licebant, ut merito *Novar. in cap. ff. feneratoris 14. q. 3. n. 14.* conqueatur hodie graviores usuras apud Christianos tanquam excusabiles usurarii, quando decem pro centum in singulis mundinis ter in anno recurrentibus, & de carnis recambia exiguntur.

Constat etiam, quo pacto ad occurrendum ingruenti in dies Reip. necessitati, in qua ex varia occasione pro diversa scilicet temporum commerciorum, & fortuna mutatione, aris alieni penuria laboratur: jam ab annis ccc. Principes Christiani, admiserunt in suis Regnis, & Provinciis certos mercatores, hoc enim nomine eos in suis diplomatis appellant: nationis Lombardicæ, unde & exercitio illi nomen adhæsit Lombardorum; qui publicè mensam mutuarium sub definito interese ad opus ejusmodi instituerunt, & ad mutuum dum sub certo pignore parati essent. Quin eosdem tanquam magis utiles communitati, ac minore jacturam Reipub. inferentes, quàm prioribus annis fecerant improbi isti feneratoris; non folius tolerarunt, sed etiam variis indultis invitarent, & in tutelam suam, ac singularæ patrocinium eosdem receperunt. Cujus rei extant diplomata Philippi Ducis Burgundicæ, item Caroli V. Imperat. Regis Philippi II. & aliorum, qui ditiones Belgicæ moderati: quibus non modò permittitur intra ditionis suæ fines hujusmodi mutuantem, sed certam summam insuper quam pro laboribus, periculis, ac reliquo mutuandi officio, à mutuaris per mensam, aut hebdomadas proportionè servata, stipulari, & recipere possent, decernunt, quæ tandem summa erat primitus LX. in centum pro annum, quæ tandem rebus omnibus bene dispositis, & attentò quod longè ea summa excederet compensationem eorum, quæ in considerationem poterant venire, decreto Philippi II. Hisp. Regis, ad tres liardos in libram grossorum, quæ constat sex florens, ad florens ad solidos XX. computato: per hebdomadam devenerit. Donec Albertus, & Isabella Belgarum Principes, anno 1560. m. Dec. mensè Maio, per edictum perpetuum prædictum lucrum hebdomadale ad maximam, quæ pro temporis ratione fere offerbat, mediocriter tunc deduxerunt, pretio ad duos dumtaxat liardos constituto: ac remissa igenti summa, quæ ab his mutuantibus ætario annuè pendebatur, ut quam ex pauperum egestate, & viciis Reipublicæ corrolam, ætario Principum inferri nec posse, nec debere, magna sermone gravitate piissimis Principibus persuaserat Mathias Flouvis III. Archiepisc. Mechliniensis.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.

\*USURARIORUM POENÆ A JURE ILLATÆ.

Varie sunt poenæ a jure statutz contra Usurarios, quæ ferè non incurruntur, nisi à manifestis & confirmatis, id est, qui non tantum ufuras pacti, sed etiam pacta adeperit fuerint. Manifestus usurarius est, qui factò, vel jure manifestus est. Factò secundum Sylvestrum *Verbo usura q. 9. r. 1.* manifestus est, qui mensam feneratorum omnibus paratam habet. Secundum alios verius, & adequatius ille, qui ita palam fenus exererit, ut nulla tergiversatione negari id possit. Ubi bene observat *Grassus*, non esse necessarium, frequenter dedisse ad ufuram, nisi quatenus actus frequentia ad manifestationem facit.

Jure autem manifestus est, qui vel Judicis sententia talis est declaratus, vel per duos testes plene probatus in judicio, vel legitime interrogatus, id coram judice confessus est. Ita ferè *Glossa in cap. 1. de Ufuris in 6.*

Prima poena manifesti usurarii est infamia. *L. Inprobum fenus, C. ex quibus causis infamia irragetur.* Secunda, Non sunt absolvendi in foro poenitentiæ, nisi de ufuris satisfecerint, vel de satisfaciendo pro viribus facultatum suarum idoneam præstiterint cautionem. *Cap. Quamquam de ufuris in 6.*

Tertia, Non admittuntur ad Communionem altaris. *Cap. Quia in omnibus, de ufuris*, id est, accentur à perceptione S. Eucharistie: non verò ab audiendo Missam.

Quarta, Non admittuntur ad oblationes faciendas, eod. cap. ubi etiam poena adjungitur eorum, qui usurarii oblationes susceperint.

Quinta, Christianam non accipiunt sepulturam, si in hoc peccato decesserint, ita dicit *cap. Quia in omnibus, & extenditur cap. Quamquam supra*, etiam ad illum usurarium, qui mandaverit de ufuris satisfieri in ultima voluntate, donec satisfactum fuerit, saltem idonea cautione secundum vires hæreditatis, ipsis mutuaris, aut illis, qui eas possunt acquirere, aut his absentibus, Ordinario, aut Vicario ejus, aut Parocho loci, in quo testator habitat.

Qui fenus sepeleerit usurariorum, suspenditur ab Officio, donec Ordinario satisfecerit, per dictum *cap. Quia in omnibus, & extenditur cap. Quamquam supra*, etiam ad illum usurarium, qui mandaverit de ufuris satisfieri in ultima voluntate, donec satisfactum fuerit, saltem idonea cautione secundum vires hæreditatis, ipsis mutuaris, aut illis, qui eas possunt acquirere, aut his absentibus, Ordinario, aut Vicario ejus, aut Parocho loci, in quo testator habitat.

Quarta, Non admittuntur ad oblationes faciendas, eod. cap. ubi etiam poena adjungitur eorum, qui usurarii oblationes susceperint.

Sexta, Irrita sunt eorum testamenta, sine idonea cautione de restituendis ufuris. Neque potest quisquam factis aliter eorum testamentis interesse, dicit *cap. quamquam*. Rata tamen sunt testamenta eorum, qui tempore mortis nondum erant notorii usurarii, etiam si tales post mortem sint declarati, & teneantur usurarum hæredes, ut illis, qui eas possunt acquirere, aut his absentibus, Ordinario, aut Vicario ejus, aut Parocho loci, in quo testator habitat.

Ceterum quamvis usurarii manifesti jure communi non sint excommunicati, neque areantur ab altari, hoc est à sacrificio Missæ, ut cui licite interesse possunt; nihilominus Carolus V. Imperator Edicto perpetuo Ultrajecti emanato, xlv. Januarii m. d. xlv. cavuit, ne decinceps etiam illi, qui sub ipsius salva, ut vocant, Guardia mensam in his Provinciis ad præstandum mutuum aperiant, sese audeant mittere contubernio proborum virotum, aut cum iisdem conversari, vel tempore Officii divini publicè in Ecclesiæ comparere, sub poena nullitatis privilegiorum concessorum, aliique à jure statutis, Extat hoc Edictum *lib. 3. Edicto. Imperiali Rubrica prima f. 785.*

Hujus autem rigorosæ prohibitionis causam Imperatori dedisse perhibent, quendam qui Ultrajecti Principis indulto feneratoriam exercebat, ac immensas opes, quæ insolentem eum reddiderant, coactarant. Cum enim quodam die solemniter Imperator in primaria Metropolitana Æde divinum officium interesset, factum ut reliquæ nobilitati se miscerent ignobilis ille, habitu supra se splendide, salconem ut nobilitas folet, manu sustinens, multoque famulantium comitatu stipatus. Quem cum Imperator non agnovisset, suspicatus Principem externum, aut virum aliquem notè famamatis: percontantique de illo, respondisset quispiam, feneratoriam in ea Civitate illum exercere & summo opere indignatum, & a suis in stitutum, illic Edicto supranominato hujusmodi insolentiam compescere laboravit.

Xxx 4 Verum

Verum qui Imperatori successerunt in Belgicis habentis Principes, rati unius ob culpam reliquos plectendos in perpetuum non esse, atrento etiam quod exercitum istud mutandi multum ab inordinata voragine, qua prius invisa erat, & noxia Republicæ, abesset, & sensim ad mediocritatem deduceretur, deinceps in indultis suis hos mutantes adinstar aliorum subditorum haberi voluerunt, eosque singularibus favoribus, & privilegiis complexi fuerunt, ac nominatim decreverunt, nequis iisdem cum aliis subditis conversantibus, ac quovis tandem loco officii, negotiorumve causa existentibus molestiam inferret. Id ipsum etiam quoad officii divini frequentationem fecere Episcopi.

Quin Maria Regina Hungariæ Provinciarum harum moderatrix, expresso edicto vetuit, ne Concionatores in publicis concionibus in hos mutantes particulatim inveherentur, vocans eam rem temerariam, & scandalosam. Extrat Edictum ejusdem Gandavi in libro, quem vocant *Luteum* à luteo colore, de data 11. Decembr. m. d. LVIII.

A DEO INFLICTÆ.

Refert *Thomas Cantiprat. in Apario lib. 2. cap. 3.* In porta, B inquit, frontis Ecclesiæ Cathedralis in Gallia (ut didici fratre Minore referente) imago Ufurarii sculpta de lapide desuper quasi cum sacculo pecuniæ evidentius præminet. Ut autem quidam maximas, atque ditissimas Ufurarius civitatis Ecclesiæ quadam vice per portam debuit intrare, imago prædicti usurarii desuper cadens capiti intrare conantis illisit, & repente contritus turpiter expiravit.

Accidit nostro tempore (ait *Idem lib. 2. cap. 26.*) ut certissima relatione didicimus, in Vacellensi Monasterio, ut congesta ejusdem defuncti sceneratoris de Atrebatu pecunia in ipso Cœnobio servaretur. Igitur die quadam cum ille famosissima sanctitatis Monachus Vvalterus de Beaumont juxta feroniam, in quo pecunia servabatur, oraret, desuper diabolus sedere vidit. Teritus autem ad horam, sed signo Crucis, munitus, interrogat: Quid hic sedes, quid hic expectas, nequissime humani generis inimice? Cui ille: Bene, inquit, & iuste hic sedeo, hoc, quod meum est, conservando. Nec mora, Monachus ad Abbatem currens, quid vidisset, exponit: Vobis verò in Atrebatum pecuniam, cum omni vellocitate remisit.

*Cæsaribus lib. II. miraculor. c. 39.* In civitate, inquit, Metensi, C sicut mihi narravit Abbas quidam Ordinis nostri. Ufurarius quidam defunctus est, avarus nimis. Qui cum moriturus esset, supplicavit uxori suæ: ut crumenam denariis refertam juxta se poneret in sepulchrum. Quod cum illa fecisset, quantum secretus potuisset, tamen latere non potuit. Accedentes ergo aliqui sepulchrum latenter aperuerunt, & ecce duos ibi conspicantur bufones, unum in ore crumenæ, alterum in pectore. Ille denarios in ore de crumena extrahebat, iste succipiens extractos cordi ejus immittebat, ac si diceret: Nos pecunia faciæimus cor tuum insatiabile. Quibus visis, illi timore percussis terram reitcentes, fugerunt. Quid putas animam ejus pati in inferno à vermibus immortalibus, si tam horrenda in ejus corpore demonstrata sunt in sepulchro?

Fuit in Bachemi villa proxima famosa quadam Ufuraria. Hæc cum moritura esset, campum totum corvis, ac cornicibus vidit repletum, & clamavit fortiter: Ecce modo appropinquat foris ad me; & adjecit: O væ, o væ! modò sunt in D tecto, modò in domo, modò pectus meum laniant, modò animam meam extrahunt: sicque cum tululatu efflavit spiritum, à demonibus ad inferos deducendum: qui eadem nocte corpus de feretro, multis, qui aderant, videntibus, tollentes usque ad tectum levaverunt, cum trabi impingerent, iuxta limen ostiis illud cadere sinentes, confregerunt. Extincta sunt luminaria, fugerunt homines manè in jam dicto loco corpus reperientes, quod bestialiter sepultura tradiderunt. *Idem ibidem capite 41.*

Legitur de Ufurario quodam, quod post splendidam cœnam cum dormiret in lecto cum uxore sua, subito expergefactus exiliit de lecto: cum autem ab uxore sua, quid haberet, interrogaretur, ait: modò raptus fui ante iudicium Dei ubi tot, & tam terribilia sunt opposita contra me, quod nec solvi, nec potui respondere: cumque fuerim diu ad poenitentiam expectatus, nec hucusque volui divinis præceptis, & bonis inspirationibus obedire. Audivi nunc iudicem contra me sententiam protulisse, meque datum audivi potestati demonum, qui me hodie ad æterna supplicia asportare debeant.

Quo dicto de pertica vili veste assumpta domo rapido cursu egressus est: quem sui hinc inde querentes in quodam Monasterio Monachorum matutinum cantentium invenerunt. Cunctis igitur cum ad poenitentiam inducentibus, nec proficere valentibus ratione, ac exhortatione, vel precibus, custoditus est diligenter usque ad sextam horam. Denique cum ejus consanguinei domum illum reducere vellent, & ad quandam fluvium, per cursum pontem transire erant pervenire: viderunt navim quandam rapido cursu ascendentem à nullo, ut videbatur, conductam: sed ab usurario plena damonibus visa est, qui, ut ait, idè venient, ut eum ad æterna supplicia asportarent. Quo dicto, statim violenter de manibus eorum à damonibus raptus, & in navem proicitur, & cursu rapido retracta, subito disparuit cum damonibus, & præda prælata navis. *S. Bernard. Senensis serm. 43. art. 3. cap. 3.*

Vidi & ego ipse in Brabantia partibus Ufurarium nequam valde ait *Thom. Cantiprat. parte 5. cap. 22.* qui multos nobiles, & potentes exhaerederat, & pauperes spoliaverat supra modum. Hic frequenter occurrentis religiosi, rogabat quasi cum lacrymis pro se orari, sed in nullo profusus se corrixit: cumque super hoc eum frequentius arguissent, nec tamen in aliquo proficissem, accidit, ut repentina infirmitate correptus ad exitum propinquaret, & ecce subito duo ingentes tenebrarum canes lectum jacentis circumibant & ipse vetro protracta lingua ad longitudinem propè pedis, dehiscentibus horribiliter expiravit.

Quid mirum, si Deus in obstinationis, aut pertinaciæ poenam permittat ejusmodi homines eas angustias incurere, ut vel quod facere debebant, non faciunt; vel si faciunt, saltem non ita perficiant, uti fieri oportebat. Narrat *Abbas Sabiniensis*, Ufurarium quandam à Pastore aliquoties ad agendam poenitentiam communitum fuisse; quam cum de die in diem distulisset, ac jam jamque se facturum, jam verò factis ad huc temporis superesse respondisset, tandem in gravem morbum incidit, ac tum quidem demò urgente pastore, ut poenitentiam ageret; Faciam, inquit, sed alias. Revertitur Pastor, iterumque ad faciendam poenitentiam agrotum exhortatur: respondit ille, nondum esse paratum: demum eò res devenit, ut quotiescunque Pastor eum expiendæ confessionis causa accederet, ipse animi deliquium pateretur; cumque vehementius eum Pastor urgeret, videns miseram ejus animam periclitari quasi expositulabundus ei reclamavit: O poenitentia, ubi es? non possum amplius poenitere: cum enim possem, nolui. Atque ita miserabiliter animam efflavit. *Luc. Vinell. lib. 1. de Alteravita cap. 6.*

Mirabilis sese oblitus casus circa annum Domini 1493. Florentiæ. Erat namque ibi Ufurarius quidam magnus, & ad mortem infirmus, qui à nemine induci poterat, ut peccata commissa per confessionem sacramentalem dilueret, precibus tamen quorundam necessariorum tractus P. & Fratrem Evangelistam à Cortonio, qui summa in expiendis confessionibus sacramentalibus gratia donabatur, vocari jussit. Et ecce ex tempore pro foribus usurarii duo adsunt viri habitibus Augustinianis induti, qui se infirmum consolari, atque ejus confessionem excipere velle insinulant, qui tandem ad eum intramissi ostium post se claudunt, advenienteque Patri Evangelistæ in via occurrunt, sibi que, ut aliis intendat, quandoquidem infirmo melius sit, suadent. Quamobrem præfatus Pater relicto proposito ad alia se convertit: eo tamen postmodum reverso, ut malè habentem visitaret, solaretur. Hic que, pulsatur ad ostium: cumque nec fratres, nec infirmus responderent, fores effractæ sunt, nullusque eorum penitus comparuit. Ex quo eos fuisse demones Monastico habitu indutos, qui impotentis illius hominis corpus ad tartara, ut ibidem sepeliretur, asportarunt, facillimè conjeperunt. *Franciscus Gonzaga de Origine Scæpticæ relig. 2. part. Conventus 9.*

CAJETANUS quidam scenerator, cum nulla penitus facta bonorum restitutione diem clausisset extremum, atque in hujus Ecclesiæ sacello à P. Antonio de Cato humari voluisset, circa medium subsequentes noctis horribiles duo homines ad fratris Sacristæ ostium pulsantes sibi impetrarunt, ut sumptis calice, & stola, se statim sequeretur. Quo tandem sequente, omnes simul miseri illius hominis sepulchrum accedunt, atque tempore cadaver examine exhumantes, ejus occiput illo- rum alter pugno percudit, sacramque Eucharistiam in calicem ad fœtidum os per Sacristam admodum exilire compulsi; ac statim ambo simul tartari illi homines miserabile corpus patefa-

FINIS, SIVE EXTINCTIO USUS, ET USUSFRUCTUS.

patrefacti sibi extempore in pariete fenestra, quæ adhuc conspiciunt, ad tartara perpetuis ignibus puniendum per aera detulerunt. *Idem ibidem in Provincia Terra laboris Convent. 7.*

ETIAM HEREDES

PUNITI.

Refert *Peraldus* de usufructu quodam, quia extrema prægravi infirmitate deductus à Pastore visitatur, cui peccatum suum non negavit. A quo cum intellexisset, oblata omnia esse restituentia, hians salvari, & absolvi non posse, & filii ad hoc etiam eum hortarentur, respondit miser: Ego non possum, quia si superstes forem, non esset, quod ederem, mihi ostiant mendicandum esset: Si verò è vivis excederem, ad Xenodochium vobis confugiendum: nihil enim superesset, omnia enim fenore tuo consumparata. Cui ille; Nescis sollicitus, pater, de nobis; prospice salutem tuam. Tacete, inquit ille; potius mihi standum ad Dei misericordiam, quam ad hominum mercedem: illi enim inhumani, & immisericordes sunt: Deus autem clementissimus: sicque sententia tenax emigravit. Quod attendens alter filiorum hortatus est fratrem ad restitucendum, ne patris poena involveretur. At ille: Si pater meus ufuras fecit, ego illas non feci: volo portione mea frui, dum vivo; B de futuro quid fiet, nescio. Firmus itaque manit in ea mente Alius vero cuique suum restituit, & incerta pauperibus erogavit. Cum autem prior ille in bonis duceret dies suos ex substantia paterna, in puncto ad inferna descendit moriens. Alter verò, qui restitutione facta religionis statum assumpserat, cum aliquando oraret, dehiscentem terra, vidit in ejus imo ignem maximas flammam evadentem; ibique inter alios patrem cum filio sibi mutuo imprecanes. Pater filio dicebat: Maledictus sis, &c. quia propter te, ut te ditarem, huc deveni. Et filius; immò tu maledictus sis, qui propter te huc lapsus sum: si enim non reliquisses mihi malè parta, ego ab aliis vitiis abstinuissem. Sic habant in perpetua altercatione. Quod religiosus ille attendens, Dominum laudavit de restitutione facta. *Guillelmus Peral. de virtutibus, & vitiis 2. tom. tractatu quarto, cap. 15. p. 3.*

DE RESTITUTIONE

AB USURARIIS de Usuris.

Perceptis faciendæ. Item de illa, ad quam Heredes eorundem, ac cooperatores obligantur, consulatur *Summisæ, & qui Commentariis ediderunt in 2. 2. D. Thomæ.*

SCRIPTORES.

Scripturæ autem de usuris *Alphonfus Villagantius* sive à *Neapoli, P. Gregorius Tolosanus, Lilius, Zeechus, Ludovicus Molina, Toletus, Navarrus, Palud.* & communiter omnes, qui casus conscientie tractandos susceperunt, quamvis priores ex professo id argumentum explicaverint.

Refertur hæc potestunt pleraque ex loco de Monte Pietatis, in litera M.

Usus. Ususfructus.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

USUS Græcè *χρησις*, est ipse utendi re quæpiam actus, & accipitur pro actu cuiusvis habitus, & potentie. Definitur autem à Jurisconsultis, Jus utendi re aliena, salva illius substantia. Differt ab Usufructu, quod ille sit jus utendi fructu re aliena, neque enim, qui rei usum habet, continuo jus habet ad fructus rei: At qui habet usumfructum, ita habet jus ad fructus rei, ut eo ipso quo illos colligit, faciat suos, quamvis D antequam colligat, sint obnoxii directo Domino, adeo ut ei cedant, si mori contingat usufructuarium. Ita *Malderus lib. de Jus. & Relig. Tit. 1. cap. 1. dub. 2.* Quod autem dicitur jus erga rem alienam, idè est, quia in re propria non agnoscunt Jurisperiti formalem usum, sed vocant usum causalem, qui causetur à Domino ejus cui conjungitur.

Quoad Usumfructum verò, non constituitur is in rebus, quarum usus merus est abusus, id est, in talibus, quæ ipso usu absumuntur; sed in iis, quæ salva, & integræ quoad substantiam manent Domino, talia non sunt vinum, oleum, frumentum, vestimenta, quamvis in his videantur jura nonnquam statueri usumfructum, sic ut non continetur abusus, verbi gratia, si testator expresserit, ut scœnica vestis, vel aulæum cloceur ad commodum heredis, ut alterius, certo tempore, quamvis enim vestimenta usu detendantur, non tamen omnino consumuntur, ait *F. Balduin. l. 2. in tit. 4. Instit.*

Ne inutiles sint Dominis proprietates rerum, variis modis extingui contingit usum, & usumfructum. Certa eorum meta est mors cum naturalis, tum civilis, si non alia causa eam præcurrat. Unde *Modestinus Juris. l. Titio de usufructu*. Titio, inquit, cum moretetur inutiliter usufructus legari intelligitur: in id tempus videlicet collatus, quo à persona discedere incipit.

Quoad illos autem, qui non moriuntur, & usumfructum habent, ut est verbi gratia Civitas, Collegium, censet *Cajus l. an usufructus de usufructu*. cum saltem finiti centum annis, qui finis vitæ longissimus sit. Porerit autem citius finiri, si civitas aut collegium intercidat. Si, inquit, *Modestinus*, aratum in civitatem decaur, esse definit, aratum siquidem uti condendis, ita subvertendis urbibus impressum olim constat apud *Senec. lib. 1. de Clement. & Horat. l. 1. Carm.*

Civillis mors, quæ usumfructum extinguit, est, vel maxima diminutione capitis, vel media. Maximam dicitur, quando quis civitate simul, & libertate exuebatur; puta capitis damnatus, aut ad bestias, aut ad metalla: media, quando libertas siquidem retinebatur, sed civitas amittebatur, quod in deportatis, & perpetuo scriptis locum habebat.

Extinguitur etiam usumfructus præscriptio decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes.

Si aedes perierint incendio, terra motu, vel etiam vitio suo, ne ares quidem usumfructus debetur.

Si pater fiat Hæreticus, amittit usumfructum in bonis advenientis filii nondum emancipati.

\* Vulgus.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Vulgus à πολλοί, τὸ πῶθος Græcè, usurpatur à Latinis ad significandum ignobiliorum multitudinem, quomodo dicit *Virgilius*.

Levitique animis ignobile vulgus. A volvendo dictum volut, quod stultè huc, atque illuc volvatur, unde vulvagus deditur, & apud *Lucanum* legitur *Vulvagine vagus Venere*, pro illo, qui certæ mulieris amore non capitur, sed popularem venerem sectatur.

Dicitur & Græcè *εὐαῖος*, unde *εὐαῖος* vulgaris: Hebraicè *Hamon*, à verbo *Haman*, copiosus fuit. Habetque cognationem cum *Homach*, tumultuatus est.

VULGI INGENIUM, NATURA INDOLES, MORES.

Eam esse multitudinis naturam, ut magis cupiditatis quam ratione agatur, & plerumque ad deteriora consilia prolabatur, factæ paginæ auctoritate confirmatur. Si quidem post tot Dei magnalia in deserto, & beneficia præstita, populus Hebræorum adversus Moysen non semel insurrexit, ut late ostenditur in loco de *Judeis, Tit. Judæorum ingravitudo*; Neq; à Deo iuste punitus se continuit, quin novis in dies tumultibus communem tranquillitatem labefactaret. Ita non contentus cibi celestis alimonia omne delectamentum in se habentis, desideravit incondito ejulatu carnes, & cæpas quas in Ægypto laboribus oppressi parca manu habuerant. De qua re ita *Moyses Num. cap. 11.* Vulgus quippè promiscuum, quod H ascendat cum eis, flagravat desiderio, sedens, & flens junctis sibi pariter filiis Israël, & ait. Quis dabit nobis ad vescendum carnes? &c.

Multa quoque adversus Davidem à Populo perpetrata docet *lib. 1. Reg. cap. 12.*

In nova etiam lege Christus à discipulis inquirens Vulgi de se opinionem, eamque opponens sensui discipulorum, dicens: Quem dicunt homines esse filium hominis? & statim, Vos autem quem me esse dicitis? satis declaravit multitudinis ingenium, non ita ad indagandum veritatem propensum esse, sed facile ferri in diversa studia, & opinionum varietate circumvolvi. Hinc benè respondebant discipuli, quod cum dicerent alii Joannem Baptistam, alii Jeremiam, alii Eliam, aut unum ex Prophetis.

Inconditæ verò multitudinis malignitas, & levitas vel non maxime declarata fuit, quando Dei filium cum summa pompa festivis acclamationibus paulò antè Hierosolymam introductum,

ductum, tanquam latronem comprehenderunt, ac mortis A reum, & crucifigendum inclamaverunt.  
 Quomodo etiam infurxerunt, & impetum unanimiter fecerunt in S. Stephanum, virum plenum fide, & Spiritu S. *Act. 7. c. 57.* In alios Apostolos. *Ibid. c. 2. 3. 14. 28.*  
 Ceterum quid de Vulgi ingenio sentiant, cum il, qui inter Ethnicos sapientiores habentur: tum inter Christianos viri excellentiores, dicta, factaque eorundem, quae hic subicimus, satis aperit declarat.

DE VULGI INGENIO, ET NATURA, JUDICIA, DICTA, & responsa ETHNICORUM.

Talis est qualibet Plebs, ac turba, ut facile fallatur, & ad quidvis indicatur. Unde illi frequenter idem quod mari accidit. Quemadmodum enim mare natura sua innoxium est recte utentibus, & tutum, si vero violenti flatus in illud irruerint, tale redditur utentibus, quales sunt venti, a quibus circumquaque impellitur: ita & vulgus tale redditur, quales habet duces, & confiliarios. *Polib. hist. lib. 11.*  
 Hac natura multitudinis est, aut servit humiliter, aut superbe dominatur, libertatem, quae media est, nec spernere modice, nec habere sciunt, & non ferme desunt iratum indulgentes Ministri, qui avidos, atque imtemperantes plebejorum animos ad sanguinem, & caedes irritent. *Decad. 3. l. 4. Livius.*

CLEON Atheniensis suos populares increpans, quod contentionibus Reip. perniciosissimis, Oratorum inter se certantium nimium delectarentur, vulgi ingenium graphicè depingens inter cetera. Quisquam (inquit) eloquentia confusus contented manifestam veritatem obruerit, aut lucro motus fucata oratione vos seducere velit. Dat enim hac civitas multis praemia ex talibus certantibus, ipsa interea in discrimen adducitur, cuius rei culpa est penes vos Athenienses, qui comitiis intererant, alloquitur (qui talia certamina proponitis, & convenitis, ut sitis verborum spectatores, & alienorum operum auditores, & comicitales futuros esse eventus, ut quisquam facundissimè dixerit: nec tam ex factis id, quod occurrit, certius esse ducitis, quam quae auditis, & facillimè finitis vos decipi novitate orationis, nec decreta facile exequimini, ac semper servi estis absurdarum opinionum, & fastiditis ulitata, ac singuli volunt excellere dicendo, aut ne videantur inferiores ingenio, certant cum oratoribus. Acute dicta laudatis, & videri vultis ipsi quoque eas cogitationes prodidisse, cum tardi sitis ad ea percipienda, quae re ipsa profunt: semperque alia quaeritis, ut sic dicam, quam quae vitae nostrae accommodata sunt, cum ne praesentia quidem consideretis aurium voluntate impediti, ac sedetis, non ut consilium daturi patriae, sed ut oculos spectatores eloquentiae. *Thucyd. lib. 3.*

Vulgus per se novis rebus non studebit. *Idem in Basilio tom. 3.*

Jam pridem fatualleo, Vulgus rem esse inconsultissimam, nec praesentem ferre fortunam scire, nec alias de futuris consulere, sed rebus vel difficillimis perquam leniter, & enixè incumbere, ac praecipitanter suam in perniciem ire duntaxat nosse. *Procop. de bell. Goth. lib. 2.*

STILPO, Crateri percontanti, num dii orationibus, & precibus delectarentur? Illi inquit, o stulto, ne percontetis in via, sed solum interroga. Subindicans aut nullo esse Deos, aut eos non sollicitari de rebus humanis: Sed non expediret tales voces apud multitudinem efferrì, cui necessarium est Deorum metu contineri. Huic simillimum est quod tribuitur Diono, qui eam quaestionem proponenti, versu Homericò ni D fallor, respondit:

*Non abiges, miserande senex, turbam procul à me. Laert. lib. 2. cap. 12.*

ANACHARIS mirabatur, qui convenerit, ut artifices apud Graecos certarent, sed de his judicarent artis expertes. Sentiens de artifice neminem rectè judicare nisi artificem. In theatro certabant histriones, mimi, cantores, & sophistae, recitabant Poetae: quorum artes cum populus nesciret, tamen aliis applaudebat. *Idem lib. 1. cap. 9.*

ANTISTHENES omnia mala pro peregrinis habenda esse putavit. Sed vulgus hominum ea tantum probat, quibus affuevit: ab exoticis abhorret. Non quidem hanc ob causam, quod per se mala sint, sed quia peregrina. *Erasm. lib. 7. Apoph. ex Diogen. Laert. lib. 6.*

Idem. Quodam die theatrum ingressus ipse adversus populum nitens ingrediebatur. Interrogatus autem, quam ob rem id faceret? Hoc, inquit, in omni vita facere studeo. Sen-

tiens, hoc sapientis esse viri in omnibus actionibus à multitudine diffidere: propterea quod vulgus hominum cupiditati- B bus agit, non ratione. *Laert.*

CHRYSIPPUS, cuidam reprehendenti, quod non apud Aristonem cum pluribus daret operam Philosphiae: Nonnumquam, inquit, philosophare, si cum pluribus aufcultaret. Dicitur lepidius est apud Graecos, si quod *τολλοι* interdu sonat, multi, interdum vulgus hominum. Senfit, non statim esse optima, quae placent compluribus. *Laert. l. 7. cap. 2.*

DEMADES, cum esset quaestor, populo Atheniensi persuaso ut iis, qui ab Alexandro desciverant, tirmes auxiliares mitterent, jubentique ut illic pecunias depromeret: Parata sunt, inquit, pecuniae, ò viri Athenienses, quas in congio depoteram, ut singuli unum dimidium acciperetis: Verum si has mavultis in hunc usum erogari, per me quidem, ut vobis quidem lubet, utamini, licet. Hoc sermone fregit impetum populi, nolentis illa distributione spoliari. Sic interdum, ut indomita bellus, arte, ad meliora consilia vocandus est populus. *Erasm. lib. 6. Apoph.*

ALCIBIADES habebat canem quendam insigni pulchritudine, emptum drachmarum septem millibus: huic amputavit caudam, ac per urbem obambulare passus est. Demirantibus cur id faceret, ut hoc, inquit, de me loquantur Athenienses, nec alterius rei sint curiosi. Notat ingenium populi, qui de claris viris libenter loquitur malè. Illi morbo suppediavit materiam leniorem. *Plut. in Apoph.*

PHOCION populum Atheniensem in concione cum liberis reprehenderet, eique Demades diceret: Lanabit te Phocion plebs, si paululum infanierit: Quin, inquit ille, te potius, si paululum respuerit. *Brus. 7. cap. 17. ex Plut. Idem.* Cum Atheniensibus proditum esset oraculum, in ea civitate unum esse virum, qui cum dorum sententias adverteretur, ac populus vociferans juberet illum inquiri, ut occiderent. Phocion in medium processit: ego, inquit, sum ille, quem designasset oraculum. Mihi enim ea omnia displicent, quae vulgus agit, aut dicit. Quo dicto ostendere voluit, inconditam multitudinem, quoniam affectibus agit, nihil sani nec agere, nec loqui. *Plut. in Apoph.*

Idem, Orationem habens apud Atheniensem populum, placebat omnibus, cumque videret ab omnibus pariter sermonem approbari, conversus ad amicum: Quid (inquit) num mali quippiam dicit impudens? Ad eodè persufum habebat, nihil placere vulgo, quod à recto judicio proficeretur. *G Plut. in Apoph.*

THEMISTOCLEM cum Athenienses contumelia afficerent, in quos multa contulerat beneficia, ajebat, se similem esse platanis, sub quarum umbra accurrunt homines afflicti tempestate, & eadem simul, ut abiit tempestas, vellunt. Senfit vir prudentissimus vulgi mores esse, ut belli periculis, implorent opem sortium virorum, in pace vero contemnant. *Plutarchus in Graec. Apoph.*

HIPPOMACHUS; eum discipulus suus aberrare arte inter fistulandum, & nihilominus plausum auditorum, assequeretur, percussit eum baculo, dicens: Perperam fistula cecinitisti, nam alioquin hi tibi non applaudent. *Aelianus libro 4. de var. hist.*

POLYCLETUS, Eodem tempore duo simulachra fecit: alterum quidem ad vulgi arbitrium, alterum juxta artis regulas. Gratificatur autem plebi ad singulorum accessum transposuit, & commutat aliquid, morem gerens uniuscujusque voluntati. Mox proposuit utrumque: & alterum omnes admirationi, alterum ludibrio, ac risu habuerunt. Respondens igitur Polycretus: At hoc, inquit, quod vituperatis, & reprehenditis, à vestra arte profectum est: quod verò vespicitis, ego mea facultate sum fabricatus. *Aelian. lib. 6. de var. hist.*

APPIUS CLAUDIUS, cum in censura haberet competitorum Scipionem, Pauli Amilii filium populari aura studentem, magna voce, O Paule, inquit, Amili, nonne etiam apud inferos indignaris, quod filium tuum Manlium tonior, & Licinius declamator ad censuram producant? *Plut.*

M. GATO, Populum Romanum gregi pecudum conferre solebat: quae singula nemini obtemperant, universae autem gregis duces sequuntur. Sic & vos, inquit, quos nemo vestrum privatim in consilium adhibere vellet, ad his hic congregati, vos agi, ducique finitis. Notans populum, quod denteris committeret magistratus. *Erasm. lib. 5. Apoph.*

Scribens de misero eventu, & forte Sejani, qui tempore Tiberii in summo pretio aliquandiu fuerat, *Juvenalis ita ait Sa- 199a 10.*

Sed quid Turba tremens sequitur fortunam, semper ego odit Damnos idem populus, si Nortia Tusco Favisset, si oppressa foret secura Senecus Principis, hac ipsa Sejanum diceret hora. *Augustinus.*

Quod apta similitudine expressit Ovid. *l. 1. Tristium, Eleg. 8.* Utque comes radios per solis emittens umbra est, Cum latet hic nubibus nubis, illa fugit: Mobile sic sequitur fortuna lumina vulgus, Quae simul indussa nube teguntur, abit. Unde eleganter Seneca. *Ad. 1. in Hercule, Furente.* Illum populi favor attonitum Flaque magis mobile vulgus, Aura tumidum voluit inani.

Atque eundem populi motem aura similitudine adumbrans idem Seneca in *Othav. Ad. 4. ait:* O sanctus populi populus. Dirisque favor, qui cum statu Vela secundo ratis implevit, Venitque procul, longinquas idem Deserit atros, saevaque mari.

Vulgus hominum cupiditatibus circumagitur, non ratione, inquit *Thucydides*. Vulgus est voluptatum cupiens, & si eò Princeps trahit; letum, *Tacit. lib. 14.* Plebs otio lascivit. *Livius Decad. 1. lib. 2.* Id omni multitudinis natura insitum est, ut rerum novitate, & immutatione lætetur. *Agathias lib. 3.* Omni populo inest malignum quiddam, & querulum in imperantibus. *Plut. in Polit.*

Multitudo vulgi more magis, quam judicio post alium alius quasi prudentior sequitur, sicut ovium ovem. *Salust. ad Caesar.*

Vulgus ingenio mobile, seditiosum, atque discordiosum, cupidum rerum novarum, quieti, & otio adversum. *Idem in Jugur.*

Vulgus, inquit *Antist.* hominum tantum probat ea, quibus affuevit, ab exoticis abhorret, non quod mala, sed quod peregrina sunt. *Laert. lib. 6.*

Qui capiat aves, earum voces imitatur, ut alluciat in laqueos: sic ut multitudinem adducas in sententiam, illius ingenio obsecundes, & observans oportet. *Plut. in Moral.*

CHRISTIANORUM.

S. BASILIUS apud *Anton. in Melit. cap. 1. serm. 18.* Sicut nebulae, inquit, juxta mutationes statuum nunc huc, nunc illic feruntur: sic vulgus quoque vento nunc in hanc, nunc in illam partem sese flecit.

Scinditur incertum studia in contraria vulgus. Est enim bellua multorum capitum. *Beserlinck in Apoph. Christi. Joannes XXIII.* Pontifex Rom. interrogatus aliquando, quid foret à veritate remotius respondit: Vulgi sententia. Quidquid enim laudat, vituperio dignum est: quidquid cogitat, vanum: quidquid loquitur, falsum: quod improbat, bonum est: quod approbat, malum: & quidquid extollit, infamem. *Idem ibid.*

POLYCARPUS cum fidei suae rationem Herodi proconsuli reddere paratus esset, diemque postulare, quo cum proconsule agere possit. Proconsul voluit, ut coram populo se excusaret. Cui Polycarpus, non faciam, inquit, cum principibus, & potestatibus honos debeatur, modo Deo non sit contra: Darius: populo autem furenti satisfacere nemo possit. *Euseb. lib. 4. hist. cap. 15.*

\* Vultus.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Vultus, quod Graeci *πρωτο* Hebraei *Macbab* à verbo *hacbab*, sauciavit, definitur, definitur Medicis recentem solutionem continui in parte corporis viventis molliori, prater naturam factam. Siquidem si non fit solutio, sed purulenta congestio, etiam si erumpat foris, ulcus potius dicitur, quam vultus. In esse autem solutio facta, nonnisi fractura obtinuit. In nervo, sistio, vel punctura dicitur: in membrana, ruptura.

DIVISIO.

Vulnere quaedam lethalia sunt, quaedam minus lethalia. Priora autem sunt, quae partem aliquam principalem afficiunt, puta cor, pulmonem, cerebrum, stomachum: aut

quae adeo magna sunt, ut multum sanguinis, ac spiritus vitalis simul effluat, quo fitur vires deficiant occlus, & vita ipsa cor- E pus destituitur.

Quaedam etiam facile curantur, quaedam difficulter admouendum, quod quidem provenit cum ex parte membri, cui vultus inflicum est, quod si à corde remotus fuerit, aliquando minus caloris naturalis accipit, quam ei necessarium est: unde facilius in gangrenam, & tabem degenerat, ac de tali loquitur Ovid. in *Metamorph.*

Cuncta prius tentanda, sed immedicabile vulnus Ense recidendum est, ne pars sincera trahatur. Et iterum *lib. 2. de Ponto Eleg. 2.* Vulneris id genus est, quod cum sanabile non sit, Non hoc tractari tutius esse puto.

Sumitur etiam varietas vulnereum ex parte instrumenti, aut modi, quo infliguntur: alia enim gladio, alia fuste, saxo, aut gravi casu accipiuntur: quae prater solutionem, plerumque contusionem adjunctam habent. Item ex parte formae: nam quaedam longa sunt, alia rotunda, & orbicularia. Denique alia apparent, alia duntaxat interiorum latent, illaeta parte exteriori, quae proinde eò sunt periculosa, quae à manu medici longius absunt.

VULNERA IN SPECIE

CONSIDERATA.

Utputa oculorum.

Quare in loco de Affectibus corporis. *Titul. Oculorum affectus.* } *Pote ex loco allegato, sub Affectu capitis, & membrorum hic citatorum.*  
 Capitis. }  
 Thoracis. }  
 Pedum. }  
 Vescic. }  
 Faciei.

APOPHTHEGMATA.

CRATES Nicodromus citharcedus Cratetis discipulus laesitum impetit illi pugnum in os, & suggillavit. At Crates fronti impoluit tabellam, in qua scriptum erat: Nicodromus faciebat. Itaque cum livore suo obambulans, tradidit citharcedum: festivititer alludens ad artificum morem, qui operibus suis inscribuntur, Apelles, aut Phidias faciebat. Simile quiddam narratur de Diogene pulfato. *Laert. lib. 6. c. 11.*

ALEXANDER frequenter dicitur solius esse: Ut maxime sanetur vultus, quod illatum est, manet tamen cicatrix. Senfit vir clarissimus, vultus facile quidem sanari posse, ut dolor omnis auferatur: cicatricem tamen, hoc est, injuriae factae memoriam semper versari ob oculos. *Erasm. lib. 8. Anthroph.*

TIMOTHEUS audiens quendam accceptum in bello vultus praedicantem, ac corporis cicatrices ostentantem: Et me, inquit, puduit, quod cum ego in Samo dux vester essem, catapultae telum prope me ceciderat. Significans, hoc vultus illi non factum in praelio cominus pugnantem, sed procul. Sic fuit hodie Thralones, qui vulnera à bombardis corpori indicta ostentant omnibus fortitudinis gloriam aucupantes: cum vultus eminus pugnando fortassis à puero, vel ignavo, timidissimoque homine acceperint. *Erasm. lib. 5. Apoph.*

Vultus.

Vide Facies.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

VULTUS. Graecè *πρωτο* à volo, sicut culus à colo, significat proprie voluntatem, & motum animi in homine in facie illius expressam, sive ostentam. Est enim facies, sive vultus veluti animi janua, quae voluntatem reconditam pandit, & ostendit. Quod eleganter, & verè Cicero libro 3. de *Orat.* demonstrat.

Omnis, inquit, motus animi suum quendam à natura habet vultum, & sonum, & gestum: animi imago, vultus est: indices oculi. Nam haec est una pars corporis, quae quot animi motus sunt, tot significationes, & commutationes possit efficere. Oculi enim sunt, quorum tum intentione, tum coniectu, tum hilaritate, motus animorum significum aptè. Nam oculos natura nobis, ut equo, & leonitetas, caudam, aures, ad motus animorum declarandos dedit.

Hinc Ovid. *lib. 1. Metam.* *Hec quam difficile est crimen non prodere vultu, Nec aliter. Luc. ad Pison.* *Talis inest habitus, qualem nec dicere mestum, Nec*

*Nec fluidum, latum sed stricte decorum Possimus? ingenite fiat nobilitatis in illo Pulcher bono, & digna suis natalibus ora. Etiam Sen. Theop. ad. 2. Multa sed strepidus solet Detegere vultus, magna nolentem quoque Consilia prodant.*

**\* Uxor.**

**DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.**

**U**XOR Græcè *γυνή*, & *γυναίκα*, uxoris dicitur. Uxor Heb. *Ischab*, Vita, viro tradita ex primaria Dei institutione, Gen. 2. cap. fortasse à verbo *ischab*. Essentiam habuit firmam, fuit in substantia solida, & non perente. Nam Eva formata fuit ex costa Adami.

Uxor dicitur mulier postquam contraxit per verba de presenti, licet nondum consummaverit, & hoc in omnibus favorabilibus. Sed in odiosis appellatione uxoris venit solum illa, quæ matrimonio consummavit. *Joh. non sicut, C. de bon. que lib.*

Uxor dicitur ab uengendo, quasi unior. Fuit enim veterum mos Romanorum, ut novæ nuptæ mariti domum intrantes uxoria postes ungerent. Est autem uxoria adeps villus inveteratus, aut cum sale, aut sincerus, qui quanto vetustior, tanto utilior est. Hac autem unzione existimabant omnia mala ex domo arceri.

Alii uxorem dictam malum, quod maritos lotos ungerent. *Ennius.*

*Tarquinius bona femina laus, & uxur.* *Servius Comment. in 4. Æneid.* sic habet: Mos fuerat, ut nubes Puella simul cum venissent ad limen mariti, postes antequam ingrederentur, ornare laneis vitis, & oleo ungerent, & inde uxores quasi unctores appellatæ. *Quin Plin. testatur, hanc unctionem lupino adipe peragi solere, ne quid mali medicamentis inferretur.*

Observat autem *Franc. Balduin.* in plurimis juris articulis præsertim, qui sunt favorabiles, uxoris nomine vocari sponsam, & mariti appellatione sponsum. *Idem spon. de Jur. dot.*

**UXORIS ACCEPTIO, SIVE ACQUISITIO VETERIUS USURPATA.**

**Putæ**

**\* Per coemptionem.**

\* Non hic de solemnitate nuptiarum agimus, de quibus loco magis proprio; uti neque de solenni introductione sponsæ ad domum sponsi: Sed de modo, quo olim uxores accipiebantur, quod fiebat, vel usu ipso, vel coemptione.

\* Moris certe fuit apud Græcos, Hebræos, & Romanos, ut viri dato pretio emerent sibi uxores. Ita Jacob tam dura, & longa servitute emit sibi uxorem tam Liam, quam Rachel. *Gen. 29.* Estque Proverb. apud Belgas, servum septennalem filiam familias uxorem sibi meruisse, & frequenter apud eos contingit, ut mariti vinculo conjungantur.

\* David coemit Michol centum præputiis Philistinorum. *1. Reg. 18. vers. 25.* à Saule patre. Unde colliges, pretium parentibus ordinari perfolvi consuevisse.

\* Etiam Osæ fornicariam sibi uxorem emit quindecim art. gentis. *Osæ 3. vers. 2.*

\* Saxones olim, & Burgundiones trecentis solidis sibi uxores coemebant à parentibus. Hinc & illud Poeta. *1. Georgic. Teque sibi generum Thetis emat omnibus undis.*

*Iterum.*

*Rex tibi conjugium, & quasitas sanguine dotes Adnegat. lib. 7. Æneid.*

\* Quin etiam uxores maritos emebant nonnunquam, quo spectat illud Saphoræ postquam filium Eliezer circumcidisset, ad Moysen dicens, Sponsus sanguinum tu mihi es, q. d. nisi ego sanguinem filii mei in circumcissione effudissem, tu ab Angelo esses occisus, te igitur mihi denuo sponsum acquisivi, & coemi. *Exod. 4.* Meminit hujus consuetudinis per coemptionem *Cic. in Topicis, & pro Murena.* Fiebat autem certo ritu, nam invicem interrogabant, an cohabitare sibi vellet; & vir quidem, an mulier illi materfamilias esse vellet: qua annuente, illa virum quid simile percontabatur, hujusmodi verò uxor, quæ coemptione nubebat, in familiam ma-

riti, & in sui hæredis locum veniebat; ut ait *Gell. lib. 8. cap. 6.* nec aliter defuncti hereditatem adibat, quam solebat unus è filiis viri, ut est auctor *Dionys. Halicarnass. lib. 2. Antiq. Rom. Ex Olym. tit. 22. fragment.*

\* Legantur plura apud Barnabam Brisonium de ritu nupt. cujus laboribus primùm *Ribera in cap. 3. Osæ*, ex illo autem nos hic usi fuimus. De modo emendi uxores apud Turcas, vide, quæ diximus in *Loco de matrimonio in fine, ubi queritur, an uxor dives ducenda?*

Apud Indos, jugo bouum sponsa mercari permittitur: ita tamen, ut ex sua quisque Tribu uxorem ducat. *Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 8.*

Apud Assyrios virgines jam matura viro, in publicum productæ, singulis annis venales proponebantur, qui uxores ducere vellent, dabanturque primò vnum formosissimæ quæque, quibus minis spectata erat forma, & quas non modò non quisquam sibi mercaturus fuisset, sed ne gratis quidem alioqui ducturus, ea pecunia, quæ fuerat pulcherrimis venditis in publicum redacta, connubio locabatur. *Herodotus* ait, hunc olim morem in Venetiis Illyrico finitibus servatum, idque fama se compertum habuisse. *Ex Eliani lib. 4. Var. hist. Sab. l. 6. En. 2. & Stob. serm. 42.*

Apud Babylonios ubi virgines effectæ sunt nobiles, eas universas unum in locum conductas, circumfistite virorum frequentia, præco sigillatim vendit, sed primùm pulcherrimam omnium, secundùm hanc ( ut quàm plurimum vendatur auro) aliam evocat, quæ post illam est speciosissima. Venduntur autem in contubernium: quarum pulcherrimas qualque Babylonii, qui loquaces, & idem coelibes sunt, mercantur, ut quisque licitando alterum superat. At ex plebe, qui sunt celiibes, his non est opus pulchra forma, idcò pecunias, ac turpiores accipiunt virgines. Nam præco ubi virginum speciosissimarum pergit venditionem, exiit de formosissimam, si quis illorum mercari volens existat: edicit que quisque velit, quàm minimo auri sumpto eam in matrimonium habere, illi, qui minimo contentus est, femina addicitur. Ita aurum ex speciosis virginibus conficitur, & per eadem cuiqueque volenti deformes, ac debiles collocantur. Empitori non nisi datis fidejussoribus, de contubernio uxoris licebat abducere: si de hoc non conveniebat, lex lata ut aurum illi redderetur. Qui etiam ex alio pago venientibus licebat uxorem mercari, si vellent. *Herodotus.*

Thracæ mulieres nupturæ non parentum arbitratu, sed G præmiis nubunt. Virgines enim, quæ forma præcellant, à viris pretio exhibitò, & certa subtrata pecuniarum summa emebantur, Contra verò deformes, & minus decoræ pretiis mercabantur viros, quibus nubent. *Alex. ab Alex. l. 1. c. 24.*

Veneti (dii enim gens hæc tenuit Aditiæ oram) antè humanæ Salutis annos veteri instituto servarunt, ut virgines jam matura viro publicè matrimonio locarentur: exigebaturque pro iis, quæ eleganti essent forma, grandis pecunia à sponsis, eorum forma ipse emeretur: medioeriter pulchre, gratiæ mutui dabantur: deformibus aspectu, & quas ne gratis quidem ducturus esset quisquam, duos ex ea pecunia, quæ ex venustatam locatione coacta fuisset, constabat. Hodiemæ verò die Venetiis ejestitæ virgines publica cura honestè, & scite instituntur, quæ ubi per ætatem adolevere, si gratis locari nequeant, quia minus formosæ, ex publico accipiunt dotem. *Sabell. lib. 6. cap. 1.*

FROTIO III. Danorum rex, vicis Ruthenis, ne qui uxorem nisi emptam duceret, edixit: venalia siquidem plus stabilitatis habitura censibat, tutiorem matrimonii fidem existimans, quòd pretio firmaretur. *Saxo lib. 5.*

**RAPTUM.**

Spartiani ex Lycurgi instituto uxores ducebant raptu, non pufillas, aut impuberes, sed adultas, & maturas. *Plur. in Lyc. MERITUM. UTPUTA*

**Pugnæ**

De Davide, *Consule Tit. Procorum.*

Sacrum proci cum puella, quam ambiunt, pugnam ineunt. Victus, illi parat: victor, illi imperat toto vitæ tempore. *Aelian. lib. 12. Var. hist.*

**Servitii.**

CADMUS Jovis consilio Harmoniam Veneris, & Martis F. in uxorem ambiens, quoniam Martem offenderat, proptet occisum draconem fontis sacrum custodem, coactus est annum integrum (quæ octo nostris constabat) servitutum apud illam servire. *Natal. Comes lib. 9. Mytholog. cap. 14. ex Eustachio liador. 8.*

**DELECTUM.**

*Vide Infra. Uxorum delectus.*

*Occursu fortuito.*

*Vide ibidem. Delectus nullus.*

**\* CONditio, ET DIGNITAS.**

Uxorum dignitatem, & conditionem Deus in feminæ primæva productione significavit, quando ex latere dormientis Adæ eam fabricavit. *Gen. 1. 2.* ut indicaret sociam fore, atque à marito summo amore complectendam, archissimoque vinculo unendam, unde Deus creando mulierem dicebat, faciamus ei adiutorium simile sibi. Est enim mulier in natura, statura, loquela similis viro. Porro est illi in adiutorium ad prolis propagationem, & educationem, ad familiæ gubernationem, ad curarum, & dolorum levamen, denique ad communia onera familiæ sustinenda.

Hinc etiam apud Ethnicos divini, ac humani juris societas uxori communicata. Estque lex Romuli, quæ statuit, uxorem legitimè conjunctam viro, fortunam omnium, & sacrorum illi sociam esse, hinc *Modestinus l. 1. de ritu nupt. tra. dit nuptias esse consortium omnis vite.* Et in quodam Gordiani Imperatoris scripto uxor dicitur focia rei humanæ, atque divini domus. *Et Paulus l. 1. de ab. rer. amo. scribit, Nervam, & Cassium ob hanc conjunctionem existimasse, fieri uxorem quæ dominam rerum mariti, verba legis Romulæ, estque ordinæ XIII. lunt, Mulier vero legitimè conjuncta, fortunarum, & sacrorum socia illi esto. Utque domus ille dominus, ita hæc domina.*

Celebratur vetus dictum Theognis, quæ uxor fuit Regis Agathoclis, nubendo non prosperæ tantum, sed & adversæ fortunæ iniuste sociatam.

Memorable veterum Germanorum institutum erat uxori ducendæ joves junctis, equum frænatum, & scutum cum fræne, gladioque mittere dotis nomine, ut uxor ait Tacitus, se venire laborum, periculumque sociam huius matrimonii auspiciis moneretur, idem in pace, idem in bello aufuram, passuramque. Refert *Pierius hieroglyph. l. 3. c. 22.*

Et quamvis in regimine familiæ Uxor marito sit inferior, C in jure tamen, & debito conjugalì exigendo, & reddendo par illi est, & æquale cum eo jus mutui corporis habet, idque ex vi contractus matrimonialis, in quo alter alteri tradidit æqualiter potestatem corporis sui, ut clarè docetur cap. 7. *Epist. 1. ad Corinth. Ad quem Chrysost. hom. 19.* Cum ergo, inquit, meretrix ad tentandum accesserit, dicas non esse tuum corpus, sed uxoris, &c.

**PROBÆ UXORIS OFFICIA, ET MORES.**

*Vide multa in Loco de Matrimonio.*

\* Instruit Apostolus Titum, quid senes, quid anus, quid adolescentulas, per quas intelligit eas, quæ non ita diu conjugatæ, ac proinde magis debet obtinere in aliis: docere debent. Et quidem de his dicit, instruentes esse, ut viros suos amant, filios suos diligant, sint prudentes, castæ, sobriæ, domum curam habentes, id est, non affectæ vagari extrâ familiam absque necessitate, subditæ viris suis: non imperent, sed pareant. *Epist. ad Tit. cap. 2.*

D De nobili Matrona memoratur, quòd Theano percontanti qua ratione celebris esset evasura? respondit: contemns telam, & meum curans conjugium: Sensit mulier illustris tum deum clarum se fore, si maritum amaret, prolem educaret, & rem domesticam curaret.

Lacina illa captiva, cum interrogaretur, quid sciret? respondit: probè gerere domum, ut refert. *Plur. in Lacon.* Idem *Plur. in præceptis connub.* docet, Mulieres non debere imitari Lunam, quæ quò à sole remotior, eò & clarior est: quò vicinior, eò obscurior, & minor: contrarium enim facere debere sapientem mulierem, scilicet ut præsentem viro tantum se conspici patiatur, eo verò absente domi se contineat, & abscondat.

Existimare debet mulier benè composita, mores viri esse legem vitæ suæ, impostam sibi à Deo per conjunctionem matrimonii. Qui hæc ergo negligit Deos ipsos videtur negligere, quibus præsentibus sacra fecit, & matrimonium inivit. *Arif. l. 1. econom. c. 1. & 2.*

Livia Augusti Casaris uxor interrogata, quibus rationibus Augustum sibi subjecisset? Respondit multa modestia, quòd ea, quæ placerent Augusto, faceret libenter: quòd que se scire diffimularet, quibus ille amoribus domi frueretur. *Dioid. in Tiberio.*

Chilonis dicitur, uxorem humilem modico apparatu ducendam; ne pro conjugè dominam accesseris domum. Sat enim dotata venit puella, quæ pudicitiam, & honestos mores secum adfert. Proinde hoc erat unum ex Laconicis institutis, ut virgines sine dote nuptum irent. *Idem l. 1. c. 4.*

LYCURGUS, cuidam percontanti, quam ob causam lege cavisset, ut sine dote virgines doloerentur? Ut, inquit, neque propter inopiam ille relinquerentur innuptæ, neque ob divitiis exuperentur: sed ut juvenum quisque ad puellâ mores respiciens, ex virtute faceret electionem. Eadem de causa fucos, & ornamenta, quibus aliæ formam vel fingere vel commendare solent, ex urbe submovit. *Plur.*

SOCRATES dicere solebat, viros oportere civitatis parere legibus uxores vero maritorum, quibus cum vivunt moribus. Norma enim conjugis viri est. Aequitas igitur docet, ut viris tanquam capiti uxores obtemperent. *Evast. 13. Apoph.*

ANAXIMENES, cum his mulieribus habendam consuetudinem dixit, quæ beneficium beneficio pensent, & *zèpov kooov*, id est, quæ gratiam habentur sint. Sentiens, abstinentiam ab his, quæ pretio vendunt in honestam voluptatem, nec patiuntur, nec amant mutuum: aut à valetudinariis, deformibus, ac male moratis, quæ gignunt fetus penitentibus. *Laertius lib. 6. capite 1.*

Theano Rogata, quando mulier esset munda à viro? respondit: A suo semper, alieno nunquam. *Idem lib. 8.*

Phocionis Uxor, in compluribus seminarum cetero interrogata, cur sola ex omnibus aureo non fœderat ornata? Satis, inquit, uxori magnus ornatus viri fuit virtus est. *Anton. in Meliss. part. serm. 33.*

Parentes Saræ uxoris Junioris Tobæ, dimittentes filiam suam, eam monuerunt honorare foceros, diligere maritum, regere familiam, gubernare domum, & seipsum exhibere irreprehensibilem. *Tobæ cap. 10.*

\* *D. Greg. Nazianz. Carm. 56. ad Olympiadem.* cum instruit, quomodo se erga maritum gerere debeat, eam cum loco habere, cujus isthæc appositimus.

*Primò Dei numen, posthac venerare maritum, Vitæ oculum, & tua qui sapiens consulta gubernat. C Hunc & semper ames unum, lateris & uno: Idque magis, flammam si senseris illius in te Ardentes, stabilisque tui conserves amorem. Ne tibi sit, quantum cupit hic fiducia tanta, Sed quantum decet, ac fas est; tamque omnia tandem Tædia ferre solens animus, non expedit autem Conjugis ut saturum capiat solidia pectus. In molem, mulier cum sis, ne assurge virilem. Ne genus, & proavos memora: ne pulcher amicus Sit tibi, vel vani sapientia causa tumoris Legibus est thalami sapientia cedere magna. Cuncta etenim nexu communia reddidit utrique Conjugii. Tu cede viro, cum bile moverit, Atque laboranti fer opem, mollique loquela, Admoisque probò merentia pectora fuscæ, Cum lea sæva furit, rabidæque excessuat ira, Robore corporeo domitor non comprimit illam, Sed manibus nucleos domat hanc, & vice suavi. Ne damnum improperes quamvis irata marito. (Plures enim ille tibi est, quò commoda cuncta putandus) H Nec finem adversum votis (namque baud decet istud. Sæpè fit ut non sit prædentibus exitus idem Consilii, verùm malè vertant optima cœpta.) Nec teneras vires, nam magnum robur in ense. Namque alias etiam fit oportet femina simplex, Virgine etiam, sed plus mulier, majoribus ipsa Debet in hanc ætatem studii incumbere laudem. Sint tibi lætitiæque omnes, & servique dolores, Sint tibi communes charo cum conjugè cura. Nam domus his veluti gradibus se tollit in altum. Dic quoque, quid placeat, sed sit sententia viri: Conjugis: hanc contra nimium contendere noli. Cum jacet in luctu, paululum quoque contrahes frontem, Ac seriam luctus te da; nam major amici Afflicto esse solet dulcis medicina doloris. Præterius at vultum sumens cum mente serenum, Mordaces animi curas, luctusque revele: Nam*